- 8 **¶** **¶** De materia rescriptorz z clausularū derogatoriā/ z nō obstātarū in ipsis rescriptis apponi solitarū/ plene dixi in tract. meo/ q̄ intitulat: Trac. rescriptorz z clausularū derogatoriā: z nō obstātarū in rescrip. principū apponi solitarū:
- 9 **¶** **¶** De materia legis/ falso asseueras. C. de diuersis rescrip. ad. d. l. oppone de. c. plerūqz. i. fi. extra de rescrip. vbi rescrip. euacuat anno. Ideo dic p̄ declaratiōe z solutiōe: qd vbi rescriptū impetrat ad agēdū/ tūc habet locū prescriptio annalis vt. d. c. plerūqz. sz vbi ipetrat ad aliquid faciēdū vel capiēdū/ tūc nō hz locū p̄scriptio ānalis/ sz hz plixi^o tps/ vel ppetuū. l. j. ff. de nūdi. z. l. pure. §. si. ff. de excep. do. z facit. d. l. falso asseueras.
- ¶** Sz qn̄ hz locū dicta p̄scriptio ānalis q̄ tpe. incipiat currere

vere annus/dic q a tpe q copia iudicis delegati pōt haberi
intātū/ q partē citari facere potuit. l. j. r. l. ij. ff. de diuer. et
tēp. p̄scrip. ij. q. vj. biduū. r est ann⁹ ab initio vtilis s̄ postea
est cōtinu⁹: ista sunt verba Inno. i. d. c. plerūq. de rescript.

10 **C** Per lapsum decēnū res minorū p̄sumunt fuisse vēdite cū
decreto iudicis: etiā si de ipso decreto nō appareat. Ang. de
peru. i. l. vj. ff. de acquirenda hereditate.

11 **C** Ab executore snie nō appellat nisi inquātū excederet mo
dū i exequēdo. l. ab executore. C. de appel. S̄ iuxta hoc q̄ro
q̄r r q̄n d̄r excedere. vide ibi glo. r i. c. qd̄ ad consulta. extra
de re iudi. r Bar. i. l. ab executore. ff. de appel. S̄ an execu
tor q̄ excedit teneat p̄ti de dolo vel actiōe iniurie: vide **Dy. i**
c. qd̄ q̄s. de reg. iij. lib. vj. iuncta. l. si iniurie. ff. de iniurijs.

De actiōe in
iuriarum.

12 **C** Snia lata p̄ defunctū d̄z mādari executiōi: nō obstāte q̄
heres cū bñficio inētarij ponat bona i declaratiōe docto. ad
hoc allegāt tex. i. l. post rē iud. ff. de re iudi. nec requirit alia
adiudicatio postq̄s semel fuit iudicatū. posset tñ dici q̄ s̄
nō requirat alia adiudicatio siēda i declaratiōe bonorū/ q̄ tñ
ibi debeat p̄parere creditor r p̄ducere suā sentētiā/ r petere
se allocari in suo gradu/ eum teneri creditoribus

13 **C** Qd̄ iperatoz vel rex nō possit volūtarie talliare suos sub
ditos rōe sue coronatiōis/ v̄l qz nat⁹ ē sibi fili⁹: v̄l qz vult ei⁹
filiā maritare: vel aliud s̄ite. facit. l. si. i. si. ibi: Expēsis p̄prijs
statuā collocari p̄cipim⁹. C. de statu. r imagi. r facit. C. de ex
p̄. plu. ludo. l. vna. lib. x. itē qz si illud qd̄ videt magis inesse
r nō inest: nec illud qd̄ minus. S̄ magis videret q̄ iperatoz
rōne guerre vel belli posset eos talliare/ r tñ nō pōt. arg. C.
de iusti. codice cōfirmādo. l. j. ibi: si nō nouis expen. r c. r est
exp̄: essum i aut. vt iudi. sine quoq̄ suffra. §. illud. n̄. nos autē
ergo. al̄s est. §. coll. ij. Et hoc credo verū si iperatoz vel rex
habeat patrimoniū sufficiēs/ vel alias facultates p̄de quib⁹
possit sumpt⁹ facere i p̄missis: al̄s em̄ posset rōne sue iopie:
tūc em̄ subditi tenerent cū adiuuare. Et sic possunt intelligi
glosse posite. C. de sacrosan. eccle. l. placet. sup verbo extra
ordinariū. r sup verbo canonicū. sup hoc vide q̄ no. p̄ Cy. in
l. neminē. C. de sacrosan. eccle. Et p̄dicta itellige nisi cōsue
tudo allegaret p̄ impatorē vel regē: vt. l. vna. C. de auro co
ro. li. x. l. iudeorū. C. de iudeis. vide Spe. i. ti. de hō. r fide. §. j.
n̄. r not. r meli⁹ q̄s alibi p̄et. ia. in ti. de causis de qb⁹ dñs d̄z
amittere p̄prietatē. in. j. dist. in fi. r dic vt ibi. vide etiā Joā.
ray. in tractatu de munerib⁹. i qōe quā mouet de hñte iurif
di. vtrū possit subditos suos talliare. de hac materia etiam
tetigi in decisione. curie parlamēti. q. lvij.

Quō talliā
tur subditi.

14 **C** Ne q̄s dānū patiat: verba statuti recipiūt interpretatio
nē restrictiuā: allegat ad hoc. l. ij. C. de noxali. r ponit Bart.
in. l. oēs populi. ff. de iusti. r iure.

15 **C** Pone q̄ est aliquis opari⁹ in ecclesia vel sacristia ad quē
spectat custodia iocaliū/ calicū/ r taliū reliquiarū ecclesie: q̄
talis per furtum perdidit vnum calicem: vtrum ipse debeat

q̄ ij probgre

Singularia Guidonis Pape.

probare se pdidisse: videt q nō arg. glo. in. l. si creditor. in glo. magna ibi fm Jo. z Hen. et Azo. nos, contradicimus. re. C. de pigne. actio. Sed ille qui allegat culpam vel casum. Tu dic cōtra vt est casus in. l. si quis. §. prohibet. ff. de eden. z ibi glo. mouet istā questionē: z dicit ibi ple. per Bart. vide de que not. in. l. j. C. de positi. z in. l. si fundū. §. imperator. ff. locati. z ibi not.

¶ De materia dicti tituli de pigne. acti. vide notabilia dicta z plures questiones per Specu. in ti. de obli. z solu. in. §. j. §. item q res. z. §. se. z. §. sed pone. cū se. §.

De casu fortuito.

16 ¶ Quis pōt se adstringere pacto speciali ad casum fortuitum: sed sub pacto generali nō comprehenditur casus fortuitus. glos. hoc dicit in. l. j. in verbo suscepisse. C. cōmodati. Circa hoc aduerte quia si vnus casus fortuitus specialiter exprimat/ z postea casus fortuiti generaliter exprimentur/ hoc sufficit vt pbatur in simili. in. c. qui ad defendendū. de procuratoribus. lib. vj. z facit. l. fina. §. fina. ff. de vino/ tritico/ z oleo lega. z vide glo. in. cap. licet. de offi. ordi. lib. vj.

¶ Sed qualiter pbetur casus fortuitus. vide Bart. in. l. si quis ex argentarijs. ff. de edē. z quis teneat eū probare vide vbi supra. Qui sunt casus fortuiti aliqui enumerant in l. in ratione. ff. ad. l. fal.

17 ¶ Utrum administrator seu possessor bonorū nomine alterius possit pro absente dño conueniri in iudicio. vide tex. cū glos. in. l. j. C. vbi in rem actio. Circa hoc tamen aduerte/ qz secundū statuta Delphinalia/ si domin⁹ se absentet dat curator bonis cōtra quē actiōes dirigunt p creditores.

De pbatione negativa
Vide infra
sing. clxxxix.
in prin.

18 ¶ Quilibet tenetur probare illud qd proponit in iudicio/ pro fundamēto sue intentionis: licet sit negativa. in. c. bone. cum ibi notatis. extra de electionibus. z not. Bart. in. l. hoc iure. ff. de verborū obligationi. z notat dominus me⁹/ dominus Joannes de gras. actu legens Taurini/ temporibus meis in. c. fina. extra de p̄sumptioni. et ita i recollectis meis/ sub eo per me Guidonē Pape. reportatis descripsi.

¶ Sed qualr pbabit negativa: dic p cōfessionē partis. vide glo. in. l. penult. C. de erro. aduoca. z in. l. j. C. de sicarijs.

19 ¶ Actus iudiciarius est fiendus expensis illius qui talem actū fieri postulat. nota glo. in. l. ij. ff. ex qb. cau. i pos. catur.

De dubio &
bo a teste p
lato.

20 ¶ Verbum dubium a teste prolātū interpretatur pro reo. ita dicit glossa singularis in capitulo/ in presentia. extra de probationibus. z vide super hoc glossam in cap. ex literis. extra de spon.

21 ¶ Si famulus meus transit mercantias meas absqz soluēdo pedagium/ non propter hoc mercantie mee debent dici confiscate: allegant doc. l. j. C. de seruis exportandis.

22 ¶ Super conclusione libelli in obligatione alternatiua vide Bart. in. l. ij. §. Item si in facto. ff. de verbo. obliga.

23 ¶ Prorogatio termini impedit penam committi. Sed cōmissam non perimet. l. cum stipulatus. ff. de verbo. obliga.

¶ In acti

- 24 **I**n actibus in quibus requiritur certa forma/requiratur
q̄ vno contextu fiat vt notat Joannes an. in nouella/in.c.
vt certa. de electio. libro sexto.
- 25 **A**liquis contraxit matrimonium per verba de presenti:
sed eam non cognouit carnaliter: an papa possit dispensa-
re q̄ cum alia contrahat. Archi. in Rosario suo dicit q̄ sic.
xxvij. q. ij. in.c. quia super. 7 refert Bal. in.l. deo nobis. C. de
epi. 7 de. vide glo. in.c. ex publico. super verbo Consumma-
tum. de conuersione conjugatorum
- 26 **M**onachus liberatur a patria potestate. xvj. q. j. ca. non
dicatis. per Archi.
- 27 **S**i quis spoliauerit aduersarium suum lite pendente vi-
detur eius appellationi renuntiare: vt notat Inno. extra de
resti. spo. in.c. parte.
- 28 **S**i pater pepigit filium monasterio/obligat eum. glo. in **De appella-**
l. colonos. C. de agricolis 7 censitis. lib. xj. **tionibus.**
- 29 **A**bsentans se debet dimittere aliquem qui sibi denuntiet
citationes: aliter dicitur fictus contumax: ita dicit Cyn. sin-
gulariter in.l. ab eo. quomodo et quando index.
- 30 **A**ctus nullus potest peti vt declaretur nullus per iudi-
cem. in.l. j. C. que sententie sine appella. rescin.
- 31 **A**lienatio rei que subiacet restitutioni ab ignorante fa-
cta/non retractatur: vt est casus singularis secundum Dy.
qui alibi non reperitur in.l. si. in fi. ff. de leg. ij.
Secus si. a sciente: vt in aut. res que. C. communia de le-
gatis. Et vide que dixi de hac materia in decisionibus cu-
rie parliamenti Delphi. questione. xj.
- 32 **A**ppellatio facta ab vno capitulo se extendit ad aliud capi-
tulum: vide glos. in.l. appellanti. C. de appella. Sed in actu
iudiciali si secus. si in extraiudiciali: no. Inno. in. ca. cum a
nobis. extra de appellationi.
Appellatio debet recipi ab amicis cōdemnati in causa
criminali/alias iudex punitur. l. j. ff. ad leg. iul. de vi publi. **De appella-**
Fallit vbi cōdemnatus perseuerat in contumacia. et no. **tionibus. vide. j.**
glo. in.c. romanus. extra de appella. **sing. cxvij.**
Appellatio hoc modo concepta. Apello ad iudicem com-
petentem. valet et tenet glo. in.l. cum proponas. C. de bon.
aut. iudi pos.
Appellatio tenet ab omni immoderatione dilationis. In-
no. in. c. j. de dilatio. 7 Bald. in.l. ij. C. de epis. audientia.
Appellatio precludit ius innouandi/non solum in con-
tentioso actu: sed etiam in voluntario. glo. in.l. j. C. de bo.
pos. secundum tabu.
Appellans dolo malo ab interlocutoria non est am-
plius citandus ad diffinitiuam sententiā. hoc tenet Inno.
in ca. ad petitionem. de accusa. **Hodie tñ vi-**
Appellari non potest ante grauamen illatum dicendo. **det determi-**
Domine iudex/peto vt ita faciatis. Et si non feceritis ex **naturū in de.**
nunc appello. not. Spe. in titu. de exceptionibus. in. §. viso. **de appella.**

Singularia Guidonis Pape.

De materia
appellatio-
num aliqua
dixi. ij. sing.
Dccclxxxvj.

in ver. quidam autem nouicius &c.

Differentias inter appellationem et supplicationem: et an sit necesse supplicare infra .x. dies / sicut in appellatione vide glo. et doc. in .c. ex literis. extra de resti. in integrum.

Utrum appellans teneatur producere sententiam vide Specu. in titulo de instrumentorum edit. §. nunc dicamus. versi. sed pone peto. vide etiam Jo. and. in nouella in .c. romana. de appella. lib. .vj

An positus in arresto personali appellans possit impune recedere: vide Spe. in titu. de appella. §. j. in princ. & per doc. in .c. constitutus. De appella.

Appellans si non est prosecutus appellationem / non habet quadrimestre tempus not. glos. in .l. ij. C. de tempo. appella.

Dominus potest appellare post .x. dies si eius procurator non appellauerit: si tamen procurator non est soluendo super quo vide .l. j. §. si. ff. quando appellandum sit.

Appellari potest ab excessiua taxatione expensarum. Inno. in .c. super eo. extra quod metus causa.

Confessus in iudicio non appellat / nisi probet errorem suum: istud est dictum Joan. andr. in .c. romana. de appellatio. lib. .vj. vide Bart. in .l. j. C. de litis contesta.

Condemnatus qui appellauit a pluribus capitulis si vicit in vno / & in alio subcubuit. debet in expensis condemnari. hoc ponit Inno. in .c. finem. de dolo & contu.

Quomodo poterit fieri q̄ quis euitet penam male appellantis: de qua in .l. si clericus. C. de episco. audientia. Dicit Nicolaus matarelli q̄ debet dicere appello quantū de iure possum. arg. l. libertas testamento. ff. de manu. testamento.

Et consilium istud potest valere ad multa secundum eū.

Contrarium tamen tenet Bal. in dicta .l. si clericus. quia dicit ipse aduersarius trahitur in causam de facto. et pena dicte .l. committitur propter nudum factum: vnde non iuuat protestatio in contrarium in penalibus.

Ita dicit ibi Bal. et hec opinio Bal. seruat in curia parlamenti Delphina. vt vidi seruari.

Sed an dicta pena male appellantis / de qua in dicta .l. si clericus habeat locum de iure canonico bal. ibidem dicit q̄ fuit determinatum q̄ non: per glo. in .l. j. ff. a qui appella. non licet. et ideo in terris eccle. non seruat dicta lex / si clericus. vt ibi dicit Bal.

Si appellans se dicat impeditum fuisse in primo fatali: qualiter probabit impedimentum: dic q̄ per iuramentum: vt not. Specu. in titu. de appellationibus. §. nunc breuiter versi. quid ergo. & Archi. in .c. j. de dolo. lib. .vj. Ja. de are. ff. de excu. tutorum. lege scire. §. sufficit. Et de hac materia ple. etiam scripsi in decisionibus curie parlamenti questione.

Sed quando incipiat curere primum fatale an a tempore sententie / vel a tempore appellationis / vel introductionis. dic

vis. dic q a tpe appellationis. ita no. Jo. an. in. c. ex rōne. de appellationib⁹. quod hodie approbatur in de. sicut. eo. tit. Et hoc verum quando non est terminus ab homine assignatus: quia tūc a fine termini. ita notat glos. in. ca. sepe. de appellationibus. et placet Specu. in titulo de appellationibus. §. qualiter. vers. annus. sed Hostien. contra: quod videtur placere Jo. and. in dicto. c. sepe.

Differentiam inter appellationem iudicialem et extraiudicialem vide de ele. c. cū nobis olim. et c. eū inter canonicos. et p Inno. et p Archi. in. c. romana. de appellationib⁹. lib. vi. Si quis compareat coram iudice a quo: et protestetur eius appellatio sit semper sibi salua/ valet protestatio. ita dicit Inno. in. c. questionem. extra de appellationibus. Vide que dixi de hoc infra/ sin. dec. lxxvi.

Iudex potest exequi sententiā suam/ si appellatio sit deserta/ etiam si super desertione non fuerit pronūtiatum. fm Inno. in. c. ex ratione. extra de appellationibus et in. c. si duobus. super verbo/ In casibus. extra. eo. titu.

Si procurator me⁹ nō appellavit an possim appellare a die notitię: dic q si procurator est paup⁹ colluxerit cū pte q possum appellare. l. i. in fi. iuncta glo. ff. qñ appel. sit. et facit qd ibi notat Bart. vide de hoc. i. in. §. decē dies. et cetera.

Iudex appellationum succedit in locum iudicis cause principalis. l. tutor. in punci. ff. de usuris. in. c. raynutius si in fi. extra. de testa. ita dicit Spe. in titulo de expensis. in. §. nunc videndum. ver. et no. q expense etc.

Appellari potest a citatione/ si citatur nō citandus. Bal. tangit in. l. ij. C. de epi. audi.

Quandiu cognoscit iudex appellationum/ an appellatio sit recipienda/ vel ne: non debet inhibere in causa/ fm Inno. in. c. dilectus. extra de rescriptis facit. c. romana. de appellatio. libro vi.

Cas⁹ in qb⁹ appellat ab interlocutoria posui in decisionibus curie parlamenti: qstione. lxxv. Et ponit alios casus Specu. in titu. de cōparatione. in termino/ in. §. unico. in fi.

Omnis pronuntiatio/ siue sentētia in executione sententię lata/ dicitur interlocutoria. Barto. in. l. ij. de appella. recipiēdis. istud facit ad multa qz per hoc deberet appellari in scriptis a literis. p. missiōis in possessionē bonoz in quātorū: alr appellatio est inualida et cēseri debet deserta.

Differentia est inter appellationē et puocationē: quia appellatio fit in iudicio: puocatio extra iudiciū. Inno. in. c. cū sit romana. de appellationibus.

Franciscus de Zabarellis in de. si appellatiōē. dicit. Ibi quinto quero. Si appellat a sentētia per lapsum fatalium/ vel alr fiat deserta an iudex ad quē: possit cognoscere de nullitate sentētię: videt q nō/ qz appellās videt renūtiāsse prosequutiōi nullitatis/ cū veniat accessorie ad causam appellationis: vt. C. quando prouo. non est nece. l. i. in fi. sublata ergo appellatiōē/ q est principalis/ debet esse sublata nullitas/ vt

Ista rubrica est post titulu/ primo et scdo decreto. Vide ple. in. lxxvi. cōsiliorū meorum.

Singularia Guidonis Pape.

tas vt accessoria. ff. de re. iur. l. cum principalis. 7. c. accessorium de re. iur. lib. vi. Stephanus dixit contrarium / quia desertio appellationis non potest tollere deuolutionem potestatis cognoscendi de nullitate facta iudici ad quem. Sunt enim diuersi modi agendi de nullitate vel de appellatione / 7 vno sublato non tollitur aliud. Et fm enim nullitas non accedit proprie appellationi / sed de vtroque principaliter cognoscit iudex ad quem: dic pm̄ verius / qz de nullitate cognosci debet coram ordinario / si non sit appellatum in. c. dilecto. de appellationibus. 7 in. c. l. de re iud. vbi dixi in prima questione: sed ex vi appellationis cognoscit iudex ad quem. De nullitate ergo / sublata appellatione cognoscit solus ordinarius: de hoc scripsi in decisionibus curie parlamenti / questione cccxxvi. in versicu. lxxxviij. vide Cy. in dicta. l. j. C. qñ pro no. non est necesse. 7 Bart. in. l. si expressim. ff. de appella.

Opinionem domini fran. de Zabarellis tenent domini de rota / in titulo de appellationibus. questione. cl.

De bastardo.

- 33 **¶** An bastardus possit substitui legitimo. vide plenius Bart. in. l. quod conditionis. ff. de donatio. causa mortis.
- 34 **¶** Tabelliones regis francie / vel domini ducis Sabaudie / 7 similibus principum / non possunt recipere instrumenta extra territoria talium principum. no. Bart. in. l. apud cōsulem. ff. de manu. vindicta. eorum tamen instrumēta infra eorū territoria recepta / fidem faciūt extra eorū territoria.
- 35 **¶** Si datus est terminus ad probandū sufficit qz testes iurent infra terminū / licet post examinentur: qz depositio defertur ad tempus iuramenti. no. Bart. in. l. damni. §. sabini sententia. ff. de damno infecto.
- 36 **¶** Si fuerit facta pax cum defuncto an videatur esse facta cum herede: 7 de hac materia vide plene per Barto. in dicto. §. sabini sententia.
- 37 **¶** De dictione Item / vide Barto. in. l. j. al's incipit: pretor ait. ff. de publicanis et vectiga. 7 in. l. item. ff. de. le. iij.
- 38 **¶** An ciuilitate possidens possit rei vendicatione conueniri vide Bart. in. l. pompo. refert. §. in dote quoque. ff. de adqui. pos. Et glo. in. l. ij. C. vbi in rem actio.
- 39 **¶** Qualiter probetur res esse in nullius bonis not. Barto. in. l. rem que bonis. ff. de adqui. posses.
- 40 **¶** An lex. sicut et. l. cum notissimi. C. de prescriptio. xxx. annorū. sint hodie correcte per. c. male possessor. extra. de reg. iuris vide Bar. in. l. seruis pro herede. ff. de vsucapi. 7 in. l. sequitur. §. si viam. eo. titu. 7 de hoc plenius tetigi in decisionibus curie parlamenti / questione. cxcix.
- 41 **¶** De materia interruptionis prescriptionum. Vide plene Barto. in. l. naturaliter. ff. de vsucapio. et in decisionibus parlamenti / questione. cccxvi. circa medium.
- 42 **¶** Utrū iuri offerendi possit prescribi / vide plene Barto. in. l. pignori rem. ff. de vsucapioni.
- 43 **¶** Quis sit error iniustus / quis iniustissimus. Et quis iniustus / et

stus/et quis iustissimus vide Bar.in.l.celsus.ff.de vsucapi.

44 **C** Si quis obligat omnia bona sua creditori suo: an postea/aliquam rem ex obligatis vendendo/transferat dominium in emptorē? vide Barto.in dicta.l.celsus de vsucapi.

45 **C** Qualiter probetur mala fides in eo qui possidet cum titulo vide Barto.in.d.l.celsus. et ratio dubitandi quia ex titulo presumitur bona fides.

C Qualiter debeat articulari super prescriptione ratione temporis/Barto.docet in dicta.l.celsus. circa fi. et tetigi in apparatu meo/quem feci glossando statutum. Si quis per literas.super verbo/Testes.

46 **C** Utrum excommunicatus possit heres institui vide Hosti.in summa de testamenti. §. quid sit effectus. ver. et prodest hoc notare.

47 **C** Lex civilis potest remittere iuramentum ex causa/sicut papa: vt not.in.l.adigere. §. fin. ff. de iure patro. vbi glo. dicit. nota legem vni apostolici obtinere/vt iuramentum remittat. hoc dicit Bal.in. l. nec patronus. C. de opis libertorum.

48 **C** Tres testes examinantur: duo deponunt pro / tertius contra: quid iuris vide Barto.in.l.j. ff. de ventre inspi.

C Licitum est arguere de teste ad tabellionem: et contra in lege hac consultissima. §. fin. C. qui testa. fa. possunt.

C Testes domestici sunt idonei ad probandum facta domestica: vt vxor et similes vt not.in.l. ij. C. quando. et quibus quarta pars debeatur lib. r.

Et familiares perpetui vel temporales vt. C. de repudijs. lege consensu. §. seruis.

C Et confratres: vt in autent. de monachis. §. cogitandū. et extra de testa. c. veniens. in fi. Ita dicit Bald.in.l. scimus. C. de iure deli. circa finē. Et vide in re collectis meis/que dicit dominus meus d. Jo. de grassis/in dicto. c. veniens.

49 **C** Licet iure civili libellus sit ineptus propter ineptam actionē intentatam. vt. l. j. §. j. ff. si messor falsum modum dixerit. Tamen equitate canonica procedit talis libellus. Nam et si nulla actio esset intētata talis libellus procederet. Ita dicit Bal.in.l. fi. C. de edic. diui adri. tollendo. circa prin. vide Barto.in.l. insulam. ff. de prescriptis verbis. Et Inno. in c. examinata. de iudicijs. vide Barto.in.l. ij. ff. de formulis sublatis. Et dicit Inno. in dicto. c. examinata. q. fauere debemus libello vt admittatur in dubio.

50 **C** Iuramentum non legitimat personam minoris in iudicio secundum Bal.in.l. j. C. de confes. ratio fm eum quia solennitas iudiciorum/et ipsa iudicia sunt publici iuris. contrarium tenet glos. in autent. sacramenta puberum. C. si aduersus vendi.

C Sed quid in iudicando seruetur plenius/dixi in decisionibus curie parlamenti Delphin. questione.

51 **C** Separatorū separata esse debet ratio. l. si maritus. C. de donatio. inter virum et vxorem.

De hoc plenē dixi in cōsilijs meis / cōsilio. xxxi. in vltimo dubio.

8 v **C** pone

Singularia Guidonis Pape.

52 **¶** Pone/instrumentū testamēti est productū iudici ⁊ aduerfario ⁊ registratuz in actis/ ⁊ aliquo casu est perditum/ an fiat missio in possessionē ex edicto ⁊c. dic q sic: quia transumptiue testamētū est in actis. ff. si ta. test. nulle exta. l. j. de re iudi. l. gesta. C. de testa. l. publicati. Sed Inno. dicit q nō est de actis instrumentū sed eius p ductio. de probat. c. quoniā cōtra falsam. de offi. dele. cū in iure peritus per Inno. Sed illud itellige quo ad edictionē dicit: quia productio nō mutat naturā edictionis/ sed quo ad ad vim probationis totū est de actis quia est insinuatum: ita dicit Bal. in. l. si. ff. de edicto diui adri. tol.

53 **¶** Fortiora sunt iura suorum/ q̄ extraneorū. ff. de fal. l. si q̄ legatus. §. si.

54 **¶** Quasi possessio transfert onus probandi in aduersariū l. non ignorat. C. qui accu. non pos.

55 **¶** Feudatarius tenetur ostendere instrumentū fendi. no. glo. in. l. ij. C. quibus ⁊ quando quarta pars. li. x. ⁊ no. Bal. in. l. instrumenta. C. de fideicommissis.

De vasallo.

56 **¶** Qui agit publiciana sufficit ei probare de quasi dominio. ff. de pigno. l. si ab eo.

57 **¶** Regula est q̄ excipiens non se subscribit ad penam talionis. in ca. super. extra de accusatio. ⁊ Bal. in. l. si. C. si cui.

58 **¶** Dicitio Mea/ est dominij significatiua. l. quintus. §. argento. ff. de auro ⁊ argento le. Et no. Bal. in. l. si. ff. de edic. diui adri. tol.

59 **¶** Quod potest lex potest pactum. nota. in glo. de decretis decurionum. lib. x.

60 **¶** Propter oubiā opinionē doctorū q̄s releuat ab expēsis. no. Bal. in. l. generali. C. de epi. ⁊ cle. Et dicit Inno. in. c. si. de dolo et cōtuma. q̄ quando quis h̄z opinionem doctoris proffe etiam excusat ab expensis ita etiā dicit Hosti. in. c. cā lūniam. extra de penis. ⁊ glo. in. l. j. C. de legibus. vide de hac materia que dixi in decisionibus curie parlamēti/ questione. cclxxvij.

De donatione causa mortis. Ista verba sunt i testamento dñi bochagij.

61 **¶** Filius fecit testamentū de cōsensu patris/ ⁊ adiecit q̄ si non valet iure testamenti/ q̄ valeat iure codicillorū/ et iure cuiuslibet alterius vitime voluntatis. Modo querit vtrum relicta in dicto testamento trahant ad donationem causa mortis. Dy. dicit q̄ non/ duabus rationibus. Prima qz donatio causa mortis magis accedit contractui q̄ vitime voluntati vt no. in. l. ij. ff. de dote prele. idē apparet quia cōtrahitur p̄ modum contractus/ scz pactione vel traditione. vt ff. de donatio. causa mortis. Secunda quia nō continetur/ nisi specialiter nominetur vt. ff. de donatio. l. filius. §. sed enim. ⁊ hec est veritas fm Bal. Sed Guilielmus de cugno dixit/ q̄ si pater erat presens/ q̄ valeat vt donatio causa mortis/ q̄ perficit nudo pacto vt no. in. l. cū pater. §. nemo. ff. de leg. ij. tu dic q̄ nō est donatio sed qdā pollicitatio vel dictū: vt. ff. de edi. l. sciēdū. §. dictū. ⁊. C. de pactis. l. ij. Et dictū

Guilielmi

Guilielmi tunc esset verum / quando expresse dixisset. **Dono**
vel promitto causa mortis. Et in donatario apparerent ali-
qua signa consensus / alias non esset contractus: vt notat
C. de sacrosanctis eccle. in. l. illud. Et facit ad predicta / qz
clausula supradicta operatur vbi est defectus solennitatis:
secus vbi est defectus persone: vt not. in aut. ex causa. et
adde quod notat. ff. de testamentis. l. heredes palam. §. si.
per glo. et Dy. predicta dicit Bal. in. l. hac consultissima. C.
qui testa. fa. pos. vide Cyn. in. l. seruum. C. eod. titu.

Nunquid in causis vltimarū volūtatū / et in donatione
causa mortis / si est semiplene probatū: et non deficit in pro-
batione nisi vnus testis / poterit actori deferri iuramentū in **De hoc scria**
supplementum probationis et videtur qz sic: qz loco vnus p̄si in appa-
testis habetur iuramentū. l. in bone fidei. C. de re. cre. ⁊ iure ratu statuti
iuran. tu dic contra / qz vbi numerus testium est de substan- si quis per li
tia actus / et de forma probationis / omissio [substantialis teras. in gl.
forme vitiat vt. C. de testamentis. l. si vnus. et. patet] expresse super h̄bo.
C. de fidei. commissis. l. si. et insti. de fidei. com. heredi. §. si. pre- per duos,
terea tunc deferitur sacramentū ex inopia probationis / quā aut tres.
do iudex credit deberi: sed hic iudex certus est non deberi er
go non potest deferri / et maxime in testamēto / vbi debent
esse testes rogati: super hoc vide latius Bal. in. l. bonorū.
in fi. C. de bo. pos. fm tab.

62 **Peritura** dicitur res que seruando seruari non potest.
tex. in. l. i. §. fuit quesitum. ff. ad tertulianum.

63 **Pētio** remittit p̄pt̄ guerrā. gl. in. l. iij. C. locati. ⁊ nō gl. ibi.

64 **Processus** factus corā iudice excōmunicato est ip̄o iure
nullus glo. in. l. i. C. de iur. et facti ignorantia. circa fi.

Et ibi in dicta. l. i. C. de iuris ⁊ facti ignorātia. est glo. sin
gularis que enumerat multos casus / in quibus exceptio
peremptoria potest opponi post sententiam.

De exceptio
nibus q̄ pos
sūt oppon.
post iniam.

65 **Promissio** iocose facta non obligat glo. in. l. dolo malo.
ff. de seruo corrupto.

66 **Ad** probationē dominij non sufficit quem perapere de-
cimas vel esse in possessione percipiendi. l. si pater. C. de ac.
empti. ⁊. l. neqz natales. C. de probatio. et. l. approbatio. eo.
titu. facit. l. herēnius. ff. de decurionibus.

67 **Clericus** nō potest ferre testimonij corā iudice seculari
sine licētia sui episcopi tenet Inno. in. c. i. de iuramen. calū.
vide tñ que pleni⁹ dixi in decisionib⁹ curie plamenti. q. lxxv.

68 **Dicto** Donec / inducit additionē gl. i. l. iij. ff. de fuitutib⁹.

69 **Doctor** nō debet detineri in carcerib⁹ / sicut nec mulier: vi
de glo. C. de professoribus ⁊ medicis. l. medicos. hodie ta-
men seruatur contrarium.

Donec:

70 **Exceptio** nō numerate pecunie / nō habet locū in p̄fessio
ne facta in testamēto. glo. est. in. l. i. C. de fal. causa adiecta.
leg. et non alibi. secundum Bal.

De non num
merata pe-
cunia.

71 **Fama** p̄bat dñij g. est sing. in. l. at q̄ natura. de neg. gest.

72 **Falsificās** actapdit cāz. gl. i. l. fraudē. §. q̄ties. ff. d. iur. fis.

Confessio

Singularia Guidonis Pape.

- 73 **C**onfessio facta corā tabellione non nocet. glo. in l. ius
bemus. C. de libe. causa.
Confessio facta qñ processus est nullus/in causa crimi-
nali/nō est sufficiens ad faciendū reum cōdemnari. glo. est
in l. si filius. C. de liberali causa. Innoc. in c. qualiter et qñ.
extra de accusa. vide Bar. in l. si cōfessus. ff. de custo. reor.
z plenius hunc articulum declaravi in decisionibus curie
parlamenti/ questione. cxx.
Confessio facta in tormētis facit semiplenā probatio nē.
glo. in l. si quis in eadem. ff. de custodia reorum.
Confessio facta die feriato/ob honorē dei valet scđz In-
no. in c. ultra tertiā. extra de testibus.
Confessio infamat/sicut z sententia/ita dicit glo. singu-
laris/que alibi non reperitur/in l. sed z si possessori. §. si cū
de hereditate. ff. de iniurijs.
- 74 **C**ontractus potest fieri in ecclesia. glo. est in l. iij. C. de
sacrosanctis ecclesijs.
- 75 **C**onditio ex lege habet locū in donatione causa mortis.
glo. est in l. cū pater meus. ff. de leg. ij.
- 76 **C**onsuetudo indiget facti probatione. c. romana. de cō-
suetudine. libro sexto.
- 77 **C**oncubina succedit amasio ab intestato/sicut vxor viro
in aut. de triente z semis. §. consideremus. circa finem.
- 78 **C**onsanguineus vxoris preferē fisco in successione ma-
riti/sicut ipsa vxor: vt not. insti. de nuptijs. §. mariti.
- 79 **C**quis pōt sibi esse contrarius in diuersa instantia/casus
singularis est i. l. pe. C. de ingenuis z ma. z nō alibi s̄z doc.
- 80 **C**ōpensatio dicit reconuentio casus est vnicus in l. neq̄
C. de compensationibus.
- 81 **C**onfessio sola nō attendit in causa criminali/nisi prece-
dant aliqua indicia. glo. est in l. si. ff. de custo. reorum.
- 82 **C**itatio potest fieri ad domū in qua habitat qñ nō repe-
ritur personaliter ille qui debet citari. glo. in c. si. de eo qui
mittitur in possessio. cau. rei seruande. clarus tñ z plenius
declaravi hūc articulū in decisionib⁹ curie parlamēti/que-
stione. cclv.
- C**itatio incongrua reddit processum nullū de re iudicata
c. pastoralis. in clemen. z est glo. in l. si. in. ff. de duob⁹ reis.
- C**itatio semp intelligit cū aduerbio legitime. glo. in l. si
minor. ff. de bo. auto. iudi. pos.
- C**itatio specialis non requirit ad taxationē expensarum
sed sufficit q̄ citeē ad diffinitiuā sententiā audiendā nec est
opus alia citatione. extra de procura. querelam.
- C**itatio debet fieri de mādato iudicis. glo. in l. si vt pro-
ponis. C. quomodo et quando iudex.
- C**itatio ē necessaria q̄ties tractat de p̄iudicio alteri⁹. gl.
i. l. iij. c. si cognita. ff. de bo. pos. facit. l. nā ita diu⁹. ff. d̄ adop.
- C**itatio debet fieri in scriptis quando citatur notabilis
persona in l. quoties. C. de dignitatibus. libro duodecimo
- C**litere

De cōpensa-
tione.

De citatiōe.
Qñ p̄uenit ci-
tatio ad no-
titiā citati te-
net z parere:
arg. i. l. qdā.
decedens. §.
ex quo. ff. de
q̄dmi. tut.

De citatiōe.

- Litere iudiciales cōcesse cū diei appositione habēt vim simplicis citationis. Barto. & Ja. butriga. in. l. actione. C. de trāfac. & Jo. fa. in. §. oim. insti. de pe. teme. liti.
- 83 **¶** Aliquis legavit mihi alimenta/heres vult soluere panē & vinū/legatarius vult habere pecuniā: qđ iuris/Guilelm^o de cugno fecit distinctionē: si relinquat diuiti vel pauperi: si diuiti/tūc soluat pecunia: si pauperi/tunc in speciebus. Alberic^o de rosate in. l. cū hi. §. si in anno. ff. de transact. t3 indistincte qđ debet solui species & non pecunia. per. l. nulli: C. de eroga. militaris annone. lib. xij.
- 84 **¶** In lege instrumentorum. C. de precibus impatori offe- **De teste**
rēdis. facit dicta. l. in argumentū: qđ si notari^o examinet testes & reperiat plures in vnū concordantes/qđ potest diceret scribere. Talis testis deposit sicut precedēs/ita ibūt. Albericus de rosate/pro quo. l. si reus. ff. conditio. indebi. & l. arboribus. in fi. ff. de contrahē. emptio. cōsulti^o tñ est qđ scribat ad longū dictū testis: vt tenet Spe. in titu. de teste. §. nūc tractādum. versi. cantum quoq; &c.
- 85 **¶** Citatio ad sententiā audiēdā potest fieri in domo habitacionis eius qui est in carcere glo. not. in. l. ij. C. ex quibus causis ma.
- 86 **¶** Cedēs iura sua alicui an possit esse testis pro eo: certe sic si cessit iure donationis. glo. in. l. null^o. ff. de testi. vide ple. in. lxxij. consiliorum meorum.
- 87 **¶** Cōclusio nō est necessaria in libello criminali. ij. q. iij. c. cū p̄sulat^o. & vide Bar. in. l. libelloz. ff. de accusatio.
- 88 **¶** Exceptio perēptoria qđ excludit personā dz añ litē cōtestatā: opponi: sec^o si excludat debitū. ita not. Bar. i. l. cū mulier. ff. soluto matrimonio.
- 89 **¶** Duo erāt fratres a patre heredes instituti: vn^o ipsoz altero sciēte & patiente in solidū possedit oīa bona paterna/ & fructus p̄cepit lōgo tēpore: puta. x. vel. xx. annis: modo alter vult adire hereditatē paternā: querit si possit: & videtur qđ nō: qđ qui tā longo tpe patit cōsentire videt. vt not. in. l. penult. C. cōi diui. & de rei vēdicatione. l. solēnibus. preterea nedam per lapsum longi tēporis sed etiaz per lapsum anni videtur induci tacita repudiatio: vt. ff. ad carboñ. l. si impubes. §. si. & ff. ad trebel. l. facta. §. si quis bonoz. preterea ex longa negligētia videt causari omissio & admissio. ff. de vscapio. l. furtum. §. cū se. preterea hoc videtur probari ex personarū cōiunctione nā inter coniunctas personas facilliter presumitur remissio. ff. de probatio. l. procula. Nepe qđ & fortius est presumitur donatio. ff. de dona. inter virum et vxorem. l. si seruus communis. In contrarium videtur: quia in repudianda hereditate/requiritur verus hominis actus et voluntas/sicut in adquirenda. in. l. potuit. C. de iure delibe. nam contrariorum eadem est regula seu disciplina: sed in negligente non apparet verus actus hominis/quia negligentia non est verus animus volendi/vel nolendi. Et ideo
in negli-

Singularia Guidonis Pape

in negligente reperit media iuris via et dispositio nec adi-
tionem inducens/nec repudiationem inferens: ergo etc. Pre-
terea si hoc esset quod videretur repudiasse et liberasse fratrem
sequeretur quod petitio hereditatis et iudicium familie herci-
scunde tollerentur longo tempore: quod est falsum. l. i. §. ad
hec. C. de annali exceptio. preterea hoc probatur per regu-
lam generalem. Quia quedam sunt in quibus requiritur expres-
sus hominis actus: et in istis patientia non habet inducere/
vel priuare. ff. de verbo. obli. l. i. Quedam sunt in quibus req-
ritur verus actus hominis licet non expressus/et idem quia
patientia est tertium adiacens nullum extremorum proprie am-
plectens. vt. ff. de tributoria. l. i. §. scientia. Quedam sunt in
quibus sufficit presumptiuus hominis actus/et tunc aut ex
alio actu precedenti potest presumi: et presumitur sicut actus
precedens ordinatur. C. de adq. pos. l. ij. et. ff. si seruitus vedi.
l. si a te. Nam priora/et maxime habentia/se per modum cau-
se/declarant ea que tacite sequuntur ex ipsis. et ista appellatur
declaratio a priori. ar. ff. locati. l. que ad certum. aut patientia
non habet aliquam dispositionem precedentem/ym quam
reguletur ad aliquod extremorum/et tunc talis patientia nil
nouum inducit / sed rem dimittit in media iuris dispositione/
ergo in proposito cum scientia et patientia istius fratris sit si-
lentium quoddam ab omni actu repudiationis abstractum
seu remotum/sequitur quod non videtur repudiare: et ista est ve-
ritas vt dicit Bal. qui ita vt supra dicit et tenet. in. l. licet. C.
de iure deliberandi.

C Sed quod si ipse frater tacuit spacio .xxx. annorum: nunquam est
exclusus a iure immiscendi vel ad eundem hereditatem? Bal. in
dicta. l. licet. post multa. concludit quod sic/post glo. aduertendum
tamen dicit ipse quod ignorans exclusus a iure civili adhuc po-
test petere bonorum possessionem. i. vtile tempus / quod non
currit nisi a tempore scientie. ff. quis ordo in bo. pos. serue.
l. ij. et ibi per Dy. Bal.

Appellatio. 90 **C** Expensa facta in causa principali in qua reus obtinuit
compensatur cum expensa facta in causa appella. in qua sub
cubuit. gl. est in. l. generaliter. C. de iureiuran.

91 **C** Si fiat per partes litigantium concordia super debito/intel-
ligitur etiam facta super expensis si aliter non fuerit dictum.
argumento. l. ij. et. l. non exigimus. in prin. ff. si quis cautio-
nibus. contrarium tenet Joan. and. in nouel. de eo qui mit-
titur in pos. cau. rei seruande. li. vj. super rubrica. De hac ma-
teria vide que plenius dixi in decisionibus curie parliamenti/
questione. lv.

Junior pre- 92 **C** In diuisione rei comunis / siue inter fratres / siue inter
fertur. alios fiat/performatur in electione iunior. l. ij. in prin. C. de his
quod veni. etatis impetra. et. l. si. ff. fami. herciscunde et. c. de pa-
rochys de hoc etiam tetigi in decisionibus curie parlamen-
ti/questione. cclxxxix.

Sepe. 93 **C** Sepe/accipitur per duobus vel tribus vicibus, gloss. est in
aut. de

aut. de testi. §. qz vero sepe.

94 **¶** Solennitas omiſſa / etiã certa preparatoria iudicij / habet vitare proceſſum: iſtud eſt dictum petri de bella parti- ca / in aut. generaliter. C. de epi. z cle.

95 **¶** Solutio facta minori iuſſu iudicis facit z operat qz ad- uerſus ſolutionẽ minor nõ poterit petere ſe reſtitui i integritate: textus eſt ſingularis in. l. ait p̄tor. §. p̄mittit. ff. de minorib⁹.

96 **¶** Homicidiũ debet opponi cõtra teſtẽ in ſpecie / z nõ ſuffi- ceret in genere. c. ſi homicidium. extra de teſti.

97 **¶** Teſtis excomunicatus non repellit a teſtimonio: niſi ſit per ſententiam declaratus excomunicatus not. Inno. in. c. pia. de exceptio. idem in notario.

98 **¶** Iudex poteſt abbreviare terminum datum reo vel in to- tum tollere ſi dubitet de fuga. no. Cy. in. l. ſiue. C. de dila. z y

99 **¶** Subtrahens rationes partis aduerſe cadit a iure ſuo. l. pe. C. de poſtulã.

100 **¶** Mandatum probatur per traditionem instrumenti de- biti principalis. gloſ. C. de pactis conuentis. in. l. ſi. in gloſ. ij. facit. l. j. C. de donatio.

101 **¶** Sentẽtia lata a p̄ncipe in crimina: i cõtra: abſentẽ valet. casus. in. c. paſtoralis. de re iudi.

¶ Sentẽtia debet ferri contra illum qui ſuſcepit deſenſionẽ cauſe. not Inno. in. c. cauſe. qui filij ſunt legitimi. vide Bart. in. l. liberto. ff. de nego. geſtis.

¶ Sententia lata hoc modo. pronuntio non fuiſſe proba- Interlocuto- tum. eſt interlocutoria / z nõ diffinitiva. glo. in. l. ſi. C. de ſen- tentijs que ſine certa quantitate p̄fe. z non alibi.

¶ Sententia hoc modo lata. Impono tibi ſilentium: eſt dif- De diffini- finitiva ſentẽtia. textus in. l. aurelius. §. certũ. ff. de libe. leg. tius.

102 **¶** Non valet denuntiatio ab eo qui nõ habet ius denun- tian- di. textus cũ glo. in. l. ſi maior. C. de reſcin. ven.

103 **¶** Estimatio eſt ſicnda ſm redditus. eſt textus cum gl. in. l. dolus. C. de reſcin. ven.

104 **¶** Inſtrumentũ ſcriptũ per notariũ (nõ facit fidẽ / niſi ſit ſubſcriptum alias. §. ſi. C. de nouo codice componendo. in ver. ipſo etiã tex. zc.

105 **¶** Si aliquis captus eſt ad inſtantiam creditoris z poſt- De executio- ea creditor velit conuolare ad bona debitoris: vel econtra: de rei iudi- conuolauit ad bona / z poſtea vult recurrere ad perſonã de- cate ſc3 va- bitoris an poſſit. An. de aretio tenet qz ſic in. l. iij. §. ſi ex cõ- riarẽ. uentione. ff. de re iudi. z ad hoc induxit illũ. §. De hoc vide

106 **¶** Miſus in poſſeſſionẽ ex primo decreto in vna re de- in. cv. p̄ſilio- bitoris / poteſt fieri i alia re ex ſecũdo decreto. ſ3 3a. de buſ. rũ meorum z Bar. vt refert. An. de aretio: q̄ idẽ t3 in. d. §. ſi ex p̄uentione. Qui.

107 **¶** In ſeruitutibus q̄s incipit poſſidere ſeu quaſi et p̄ſcri- bere a tẽpore p̄hibitionis: ſi p̄pter p̄hibitionẽ aduerſari⁹ ceſſauerit: vt not. in. l. j. C. de ſeru. z aqua. z ff. de ſer. v: ba. p̄- dio. l. q̄ luminibus. not. pet. iac. in tit. ſuper furto libellus in poſitionibus actoris ibi effectus quia &c.

¶ Ubi eſt

Singularia Guidonis Pape.

De articulis
admittendis
post publi-
cationes te-
stium.

Uis. j. sing.
declix.

Uide de hac
materia i de
cisiōib⁹ par-
lamēti/que-
stione. riiij.
De materia
ista vide ple-
ne p Jo. fer-
rarij in titu-
lo forma op-
ponēdi ptra
testes post
publicatio.

Uis. j. sing.
declix.

Probat istō
in. c. series.
r. c. ex teno-
re. ex testi.

Uis. j. d hoc
sing. declix.

108. **T**ibi est dubiū de pertinētia vel impertinentia articulo-
rum/debent admitti saluo iure impertinētū r nō admittē-
doz: vt dicit Bald. in. l. si duo patroni. §. idē iulianus scri-
bit. ff. de iureiurā. r Albe. in. l. si duo patroni. C. de iura. ca-
lum. Cū demum super eis factis probationib⁹ restet facul-
tas libera disputādi de eoz pertinētia vel impertinentia/de
quo per glos. in. c. cōstitutionē. in fi. extra de electio. in cle.
Ita etiā disponūt statuta Delphinalia oīa admitti saluo
iure pertinentium r c.

Conclusio doctorum legistarū est in. l. per hanc. C. de tē-
po. appellatio. vide Ja. de ra. Dy. Butriga. Ray. Bar. Bal.
r pluriū qui sunt eoz sequaces: q̄ cle. fi. de testi. nō procedat
in foro laicorum. Et vbi nō agitur inter clericos/vt quādo
agitur in terra ecclesie non subiecta et respōdēt ad rationē
de timore subornationis testiū: de qua in eadē clemē. vt ibi
videtur per eos. Et nō solum est hec opinio doctorum: sed
etiā Glosse ordinarie in aut. qui semel. C. de probatio. quaz
dicit in practica seruari: ergo ab ea nō est recedēdū/ cū mini-
me sint mutanda que semper r c. l. minime. cū not. ff. de le-
gibus. p̄t. de anchorano et multi alij cano. sequuntur hāc
opinio. q̄ dicta cle. fi. seruetur in foro ecclesie/ r in foro ciui-
li: sequamur ius civile alle. dictā. l. per hāc. r notata ibi: sicut
in simili videmus in. c. abbate sane. in fi. de re iudic. lib. vj.

Item dicta cle. fi. de testibus. supra proxime allegata/in-
telligitur q̄ post didiscita testificata/non admittuntur noui
articuli de directo contrarij: sed si contineant quandam in-
directam contrarietatem vel alia que omnino cōtrarietate
non inducunt debent admitti vt nota. per glos. r docto. in
dicta clemen. fina.

Quod super articulis nouis/non de directo contrarijs
p̄mis/possit testis/saltē noui testes examinari: etiā post
didiscita testificata: vt nota. per docto. in. c. fraternitatis.
extra de testi.

Et quod articuli noui continentes etiam indirectam cō-
trarietatez/ debeant admitti nō obstante publicatione alio-
rum testium: probat bene dicta clementina finalis. de te-
stibus.

Speculator quem sequitur Joan. andr. in laddi. specula.
in titulo/de teste. §. satis vtiliter. versic. r breuiter. tenet q̄ si
est renūtiatum testi: vel attestationses sunt publicate/ que
sunt paria vt in. c. cum venisset. §. questiones. extra de testi-
bus/super nouis articulis in causa appellationis. dependē-
tibus ex prioribus possunt noui r antiqui testes produci/
dummodo deponāt iurati: vt dicto. c. fraternitatis. r in aut.
de testibus. §. q̄vero sepe.

Noui articuli etiam de directo contrarij sunt admitten-
di ad probandum per instrumēta: vel confessionem partis:
licet didiscita sint testificata. Rō q̄ sic per tales p̄bationes
cessat timor subornationis/ ideo cessare dispositio debet di-
cte cle.

ete cle. fi. de testi. vt ibi per doctores.

109 **C**Sola publicatio attestationum non impedit quin alij testes super eisdem vel directo contrarijs examinentur nisi pars didicerit testificata: vt not. in. c. cōstitutus. extra. de testi. et Joā. an. et de Zabarellis in dicta cle. fi. de testi.

CIn dicta materia conclusio legistarum est: q̄ publicatis attestationib⁹ in causa principali et didiscitis testificatis possunt alij testes examinari: etiā super eisdē articulis vel directo cōtrarijs in causa appellationis: et hoc tenent gl. Hu. Jo. Ma. Azo. in aut. qui semel. C. de probatio. per. l. eos. in. §. si quis aut. C. de tēpo. appella. respondent ad. §. qui vero. in aut. de his qui ingrediūtur ad appellandum. q̄ loquitur de testibus pducēdis in causa principali ita tenēt Bal. et Sali. post glo. et Cy. in dicta aut. qui semel. et est ista cōmunis opinio legistarum. Sed canoniste habent contrarium per dispositionem dicte cle. fi. de testibus. tamen dicti doctores legiste dicunt / q̄ canoniste dictā cle. seruant in foro ecclesiastico / et legiste contrarium seruabunt in foro civili: sed super hoc facta est decisio / q̄ dicta cle. fi. seruetur etiam in foro tēporali: prout ego scripsi in decisionibus curie Delphi. q̄stione. xiiij. et scripsi. j. sing. de cliij. in. §. testes.

CCasus speciales in quibus post publicat. etiam admittuntur alij testes / ponit specu. in titu. de teste. §. satis vtiliter. circa principium.

110 **C**Si papa aliquē recipiat in sua protectione / nō eximit eū propterea a iurisdictione sui episcopi. vt not. extra. de cōfirmatione vtili. c. fi. plenius de hac materia tetigi in decisionibus curie parlamenti questione.

111 **C**Uxor debet alij post mortem viri de bonis viri infra annū. glo. in. l. sicut. ff. de operis libertorū. heredes tñ viri lucrātur fructus dotis illo anno. not. Bar. De hac materia etiam tetigi in decisionibus curie parlamenti / questione. cccxvi. et. j. sing. de cliij. §. et ibi dicit.

CUxori debent remanere vestes lugubres vt dicit Barto. in decreto. C. de his qui not. in fa. de istis vestibus etiam tetigi infra / in. §. vestes lugubres et. sing. cccxviij.

112 **C**Cui denegat actio denegat et lit. cōte. Barto. in. l. inā post ea. in princip. ff. de iureiurādo. et tex. in. c. j. de litis contesta. lib. vi. vide Bart. in. l. cōquerebatur. ff. in dī. solui.

113 **C**Probatu amissio instrumenti per iuramentum illius qui dicit se perdidisse: vt notat Specu. in titulo de instrumentorum edit. in. §. postq̄. versū. illud quoq̄ notandum. et ita seruatur de consuetudine. vt dicit Specu.

CSed si impedimentum probetur per iuramentum plene tetigi in decisionibus curie parlamenti questione. cccv. et questione. de xiiij.

114 **C**Si dominus comparendo in iudicio cum falso procuratore an videatur eum procuratorem constituisse: Inno. tenet q̄ sic. in. c. ex parte decani. extra. de rescriptis. plenius tamē dixi et scripsi de hac materia in decisionibus curie parlamenti questione.

De publica
tione testiū.

De hac ma
teria vide q̄
etiā scripsi
in
decisionibus
parla. q. cc
xvi. circa
medium.

Vide infra
singulare
de lxxxv.

Singularia Guidonis Pape.

si questione.

De hoc vide
in. c. j. confi-
liorū meorū
et p̄silio. c. l. i.
vi. dubio.
Guido.

115 ¶ Nota q̄ quando cōcurrunt simul prohibitio legis et ho-
minis: tunc prohibitio hominis debet sic intelligi / vt casus
exceptos et permisos a iure cōprehendat. vt in autē. de alie.
et emphi. §. sancim⁹. et. C. de bonis que liberis. aut. excipitur.
hanc theoricam ponunt docto. in. l. ea lege. C. de cōdi. ob cau-
sam. et in aut. quibuscunq;. C. de sacrosanctis eccle. Inferētes
ex dicta theorica q̄ si mulier dederit fundum in dotē viro et
cōuenit / q̄ talis fundus non alienetur qui regulariter alie-
nari nō potest nisi in certis casibus / qui per aliquos enume-
rantur in. l. ij. ff. solu. matri. inter quos est vnus propter steri-
litate fundi. in. l. si. ff. de iure do. hoc operabitur dicta pro-
hibitio facta in cōstitutione dotis. q̄ fundus h̄mōi alienari
non potest etiam in casu permisso.

116 ¶ Casus speciales in quibus / testibus publicatis / produ-
cuntur alij testes ponit Specula. in titu. de teste. §. satis vtli-
ter. circa prin.

Rei v̄dica-
tio.

117 ¶ Rei vendicatio non competit pro re incorporali vt videt̄
v̄lle glo. in. c. pastoralis. super verbo v̄dicare. extra de cau-
sa pos. et proprie. et de hoc tetigi plene in decisionib⁹ curie par-
lamenti. q̄one. cxlvij.

Casus for-
tuiti.

118 ¶ Casus fortuiti aliqui enumerātur in. l. in ratione. ff. ad
l. falcidiam.

119 ¶ Exceptio ex cōmunicationis potest opponi in iudicio se-
culari. Cy. et doc. in. l. placet. C. de sacrosan. eccle.

120 ¶ Si ex instrumento locationis probet̄ possessio vide Jo.
de lig. et docto. in. c. cum Bertholdus. de re iudi.

121 ¶ Valent gesta a non tutore qui reputatur tutor. no. in. l. ij.
ff. qui pro tutore vel cura. nego. gessit.

Et. j. singu.
de xij. §. q̄n i
iure.

122 ¶ An opponendo exceptionem peremptoriam his conte-
Hostien. in summa titu. de exceptionibus. §. fina. circa prin-
cip. tenet quod sic text. tamen est in contrarium. in. c. ij. de lit.
contest. lib. vi.

123. ¶ Testis pōt tradere eius depositionē in scriptis fm Bar.
in. l. theopompus. ff. de dote prele.

De interlo-
cutoria.

124 ¶ Valet sententia lata i cōfiteum / etiā iudicio minus legitī-
me instituto / et super libello nullo / fm Bal. qui allegat dictū
Inno. in. c. per inquisitionē. extra de elec. et de resti. spolia. in
c. pisanis. et de foro cōpe. in. c. cū super. Et dicit q̄ talis sentē-
tia est interlocutoria tantū. Allegat. ff. de his qui not. in. l. i. c. i.
fustium. ita dicit dominus Anto. de but. in suo repertorio su-
per litera C. in verbo confessio. Et nota dum supra dicitur
quod dicta sententia est interlocutoria quia sic debet in scri-
ptis appellari al̄s appellatio esset deserta. in. c. cordi. de ap-
pellat. lib. vi. Et vtrum valeat dicta sententia super processu
nullo lata cōtra contententem etiam tetigi in decisionibus cu-
rie parlamenti. q. cxx. et q. ccxvi.

¶ P̄nuntiatio de mittendo in possessionem ex beneficio le-
gis edict. C. de edic. diui adriani tollendo. est interlocutoria.
Joan. ferrarij in titu. libellus in quo petitur hereditas ex te-
stamento

stamento in cle. super verbo: per vestram diffinitiuam sententiam.

125 **C** Nunquid iudex/qui tempore interlocutorie omittit condemnationem expensarum poterit postea in quacunque parte litis supplere. Bald. in l. properandum. §. sicut alterutra. C. de iudi. remittit ad no. per In. ca. sepe. extra de appella. vide Specula. in titu. de expensis. in §. ij. ver. nec est omittendum. vide. j. singu. dclxxxvj.

126 **C** Ministrans testes i causa inquisitionali condemnatur in expensis/si is contra quem inquiritur absoluitur. no. Hen. boyz. in. c. cum clamor. extra de testi. in fi.

127 **C** Furtum committit qui rem inuenit et non reddit. xiiij. q. v. ca. si quod inuenisti.

128 **C** Testator potest in suo testamento disponere et mulier secundo nubens non incidat in penas iuris. ita dicit Bald. in l. filium quem habent. C. fa. hercis. circa prin. et se fundat per §. disponat. in aut. de nupt.

C An testator possit remittere confectionem inuentarij/ vide Bar. in l. nemo. ff. de l. j.

129 **C** Nouus census non potest imponi super re emphiteotecaria/ ultra antiquum censum. in. c. dhibem. et in. c. grauis. de cen.

130 **C** Quod sunt in libello capitula/ tot sunt agētis petitiones. l. etiam. §. j. ff. de minoribus. et arg. in l. cum vna. ff. de appella. **C** Et quod sunt accusationes/ tot esse debent abolitiones. ij. q. ij. §. qui notandum.

131 **C** Executio sententie potest fieri die feriato ob honorem dei/ fm Archidi. in suo Rosario. ij. q. j. c. sicut sane. et ple. dixi in de cisi. cur. parlamenti. q. cxxv.

132 **C** Utrum re perempta possit peti estimatio in libello. vide plo. Spe. in ti. de solutionibus. in §. sequitur. et penul. Et finaliter dicit et sic de consuetudine.

133 **C** Ubi est euidentis citationem non valere/ quod non tenet venire. ij. q. ij. si quis episcopus. et ibi ponunt multi casus in quibus non valet citatio.

134 **C** Licet de iure civilis procurator qui fuit lit. contesta. possit cedere usque ad diffinitiuam etiam domino mortuo: ut ponit Spec. in ti. de procura. §. ratione quoque. et. sed nunquid proci. hodie tamen est determinatum contrarium in cle. si. de proci. ita dicit Joan. an. in addi. Spe. in dicto. et. sed nunquid proci. Sed aduerte. quod dicta cle. loquitur in beneficialibus. et vide que ple. scripsi super intellectu dicte cle. in decisio. curie parla. que. dclvij.

135 **C** Res vnita sapit naturam et conditionem eiusdem rei cui vnitur. glo. in. c. j. ne sede vacante. in glo. ij. et facit. l. item si fundum. §. sed si insulam. ff. de usufru. vide Spe. in ti. de pace et treuga. in ij. colu. et Bart. in l. si quis. C. de appella. de hoc etiam tetigi in decisi. parlamen. questione. cclxy.

136 **C** Pena falsi que imponitur illis qui sibi adscribunt in testamento/ non habet locum in testamento nuncupatio. ita tenet Joan. fa. C. de testamen. l. dictantibus. et Spe. de instru. edit. in §. instrumentum. versiculo: quid ergo. et Joan. andree. ibi dem. licet non clare eligat opinionem. et Albericus. C. de his qui sibi

b ij bi ascri.

Citatio.

Singularia Guidonis Pape.

bi adscri. in test. super rubri. et in l. si testator. et Bald. in dicta l. si testator. et Salicetus in l. j. C. de his qui sibi ascri. in te. vide Bal. in d. l. dictantibus. ubi recitat oēs opi. doc. tamen ipse eligit hanc opi. q. pena falsi nō h3 locū i testō nūcupatio.

137 ¶ In his que concernunt periculum anime lex succumbit canoni. Bar. in l. privilegia. C. de sacrosan. eccle.

138 ¶ Consuetudo circa confectionē instrumentorum derogat iuri in aut. de tabellionibus. in §. si. per glo.

139 ¶ Notarius succedens alteri notario potest instrumenta defuncti notarij glossare eius p. pua autoritate. Bart. in l. j. §. cogentur. ff. de eden. et tetigi de hoc in decis. cur. parlamen. q. cxvij.

Libellus.

140 ¶ Libellus incertus ex parte rei admittitur. vide Specu. in ti. de libellorū conceptiōe. et vide in l. vj. cōsiliorū meorum.

141 ¶ An clericus in actione reali possit conveniri coram iudice seculari. Bald. in aut. clericus. C. de epi. et cle. tenet q. non. vide Joā. fa. insti. de satisfda. §. pro litis estimatione. vide etiā Specu. in titu. de actore. de hoc etiā plene dixi in decisionibus curie parliamenti. questione. lxxvij. circa fi.

¶ De modo probandi valorem rei vide Barto. in l. pretia rerum. ff. ad l. fal.

142 ¶ Regula iuris qui in alterius locū succedit nō habet locū in herede/ quia eadem persona reputatur. ita not. glo. in l. quidam testamento. §. si quis. ff. ad trebel.

¶ Subdelegatus committit certum articulum. vide Archi. in c. statutum. de rescrip. lib. vj.

143 ¶ De herede qui omittit ponere et describere in inventario dolose an gaudeat beneficio inventarij. vide Bart. et docto. in l. heres. ff. de his quibus vt indig.

De excōmunicato.

144 ¶ Utruz exceptio excōmunicationis q̄ obstat cedēti obstat cessionario. Bar. in l. apud celsuz. in §. si tibi. ff. de excep. doli.

¶ An ille qui allegat se minorem vel maiorem teneatur p. bare. vide Bar. in l. j. ff. de excep.

¶ Quando quis possit civiliter de falso agere. vide Bart. in l. qui agnitis. circa fi. ff. de excep.

145 ¶ Utruz ppter ignē supvenientē possit domus vicina destrui ipone. vide Bar. in l. si aliud. §. est aut. ff. qd vi aut clā.

De ista materia vide. j. singu. dccc. xxvj.

146 ¶ Venditio rei litigiose est hodie nulla. Bart. in l. litigiosa rē. ff. de litigio. vide de hac materia in c. pen. extra vt lite pendē. nihil inno. Si vendat res litigiosa an snia mandabit executioni p̄ emptorē. Salicetus q. sic. C. de litigio. l. j. vide Bar. in l. a diuo pio. §. si sup reb. qōne penul. ff. de re iudi. de hac materia pie. tractavi in decisionibus curie parliamenti/ questione. cccxxvij.

De prodigo.

147 ¶ Fuit interdictū bonis alicui/ tanq̄ prodigo/ qui tamen nō erat: an possit alienare vide Bar. in l. si ab eo. ff. de vsuca.

148 ¶ Sunt duo pcuratores vnus cōfitef/ ali⁹ negat: cui rñsio ni stabitur/ vide Bar. in l. cōsilio. ff. de cura. furiosi. et vide. l. pluribus. ff. de procu.

Uide de hoc 149 ¶ Casus in quibus potest recurri ad superiorem vide ple. de. ia. iii

- pe. ia. in ti. de condi. ex lege que oritur ex literarum obligatione. circa fi. ver. fallit enim in casibus.
- 150 ¶ Defectus conditionis impedit translationem domini & possessionis. l. qui absentis. §. i. ff. de acqui. pos.
- 151 ¶ Verba debent referri singula singulis. l. i. in §. si autem sub conditione. & ibi glo. C. de cad. tol. & in aut. de exhibe. & introdu. reis. circa pn. col. v. & ibi glo. & l. q. in futurum. §. i. ff. de pac.
- 152 ¶ De materia conservatorum privilegiorum tractat Jo. an. in addi. Specu. in ti. de iudice delegato. & tetigi in decisionibus curie parliamenti/ questione. cclvij. & questione. xvij.
- 153 ¶ Si quis obtinuerit suam pro se/ non tamen debet rem sibi adjudicatam propria autoritate intrare sine literis executoriis iudicis: et si faciat perdit ius suum. vide ple. Inn. in. c. cum nostris. extra de concessione preben. circa medium.
- ¶ Citatio est de processu/ dicit Archi. in. c. si propter. de rescri. libro sexto.
- 154 ¶ Quanto tempore duret promissus/ factum sine predefinitione termini vide Bar. i. l. si. C. de legat. de hac materia etiam tetigi plene in decisionibus curie parliamenti. questione.
- 155 ¶ Clausula generalis utrum referatur ad precedentia/ vel sequentia/ vel quomodo: vide Specu. in ti. de instru. edi. §. nunc autem videndum. ver. item excipitur quod talis clausula.
- 156 ¶ Quando verbum donationis profertur ab homine/ vel a lege an intelligemus de donatione inter vivos tantummodo/ vel de utraque. vide Bar. in. l. filiusfamilias. ff. de dona. in prin.
- 157 ¶ Fertur sententia pro aliquo/ in qua sententia narratur quod talis procurator comparuit & petiit diffiniri: non tamen constat per acta an presumatur procurator. C. & Salice. quod sic in. l. optima. C. de contra. hen. et commit. stipu.
- 158 ¶ De illo qui permittit alium in iudicio defendere & causam suscipere. vide Bar. in. l. non solum circa fi. ff. de noui ope. nuntia.
- ¶ De materia prestationis vide plene per Bar. in dicta. l. non solum.
- 159 ¶ Est permittum poni animalia in certa parte alicuius territorij & in alia parte est prohibitum aliquis denuntiat quod animalia fuerunt nulla in dicto territorio sed non probat quod in loco prohibito. dic quod disseque absolutoria quod disseque presumi quod in loco permittio si de pertrario non appareat. Bar. in. d. l. non solum. §. i. in prin. ff. de ope. noui nuntia.
- 160 ¶ Genitui casus denotant dominium ut si dicatur domus domini petri &c. ut ponit ple. Bart. de noui operis nun. super rubrica.
- 161 ¶ Etiam si de crimine civiliter agatur debent poni in libello locus & tempus iuxta formas legis libellorum. ff. de accu. ita dicit Bar. in. l. viro. ff. solu. matri.
- 162 ¶ An sit credendum notario qui dicit se errasse/ et vult instrumentum corrigere. vide Bar. in. l. de tabulis. ff. de tabulis exhiben.
- 163 ¶ Que comoda affert Quasi possessio iuris/ seu rei incorporea. vide multa per Bar. in. l. i. ff. de itinere actuque privato.
- 164 ¶ Si aliqua pensio imponatur/ vel legatur super aliqua possessione/

in tractatu
meo. de ap-
pellationi-
bus.
De conditio-
ne.

De compro-
misso.

Presumptio.

De defenso-
re.

presumptio

b ij vel proprietate

Singularia Guidonis Pape.

- Vel pprietate an dicat res hypothecata vide Bar. z doc. in. l. casus. ff. de annuis leg. vide etiã. l. si. ff. de ac. emp. de materia actionis hypothecarie ple. scripsi in decisio. curie parlamenti questione. cccxxij.
- 165 **¶** Si vasallus possit quietare feudum domino invito vt liberetur a seruitio vide Barto. in. l. is cum quo. ff. de damno infecto.
- 166 **¶** Quis dicatur vacabundus vide Bar. in. l. iij. §. pretor. ff. de damno infecto.
¶ Vide per Salicetum in. l. sicut. in fi. C. de prescrip. xxx. vel xl. annorum casus in quibus cessat prescriptio tam de iure ciuili / q̄ iure canonico.
- 167 **¶** De nobilibus qui volunt talliare suos homines in tribus casibus facit mentionem Cyn. in. l. ij. C. que sit lon. consue. z ple. tetigi de hac materia in decisionibus curie parlamenti. q. lviij.
- 168 **¶** Pro iuribus singulariũ personarũ non debet pcedi per viã inquisitionis / sed p viã actionis. vt no. Jo. and. z Juno. in. c. ad nostrã. lo. ij. de iureiurãdo. videt tñ cõtrariũ in. c. j. de resti. spo. dum ibi dicit inquiras. z ita seruat cõsuetudo curiarũ presentis p̄rie Delphiñ. in quibus fiũt inqueste 3 singulares p̄sonas / p iuribus singulariũ personaruz. Libertates tamen Delphi. disponunt q̄ pro occupatione iurium Delphinalium non procedatur per viã inqueste sed viã ordinaria.
- 169 **¶** Si instrumẽtũ debiti reperiat penes debitorem / nõ presumitur solutio nisi probetur redditum. glo. in. l. j. §. familia modo. C. de latina libertate tollenda.
- 170 **¶** Legatum etiã ante agnitionez queritur legatario. glo. in. l. si quis. in glo. si. ff. de conditio. instit. z transmittitur ad heredem / mortuo testatore. vide in. l. vna. in. §. C. de cadu. tollen.
- 171 **¶** Pastor tenetur de custodia z si negat dolo suo vel negligẽtia perũsse probare debet. idẽ in custode carceris. ita dicit Juno. in. c. fina. de iureiuran.
- 172 **¶** Non debet ad bellum perueniri nisi precedente monitione seu diffidamento. vide extraordinarie not. et scripta in libro meo / in. l. quidam hiberus. ff. de serui. vrbã. predioruz. Et plene scripsi in decisionibus curie parlamenti.
- 173 **¶** Notarius potest scribere instrumentum q̄ ipse obligetur alteri. vide Barto. in. l. impuberem. §. testamentarius. ff. de falsis.
- 174 **¶** Qui dicantur prioratus conuentuales. vide que dicit glos. in. c. s̄ principales. de rescrip. libro. vj. super verbo / cõuentualem.
- 175 **¶** Excomunicatus qui non potest agere / an ipse per procuratorem possit esse in iudicio / et agere? Dic q̄ non: quia nec per se nec per alium. vt tenet Barto. in. l. aristote. ff. que res pigno. obliga. pos. et Joan. mo. in. c. primo de rescriptis. libro sexto. Idem glos. in capi. finali de procuratoribus. vide super

De hoc vide. j. singu. dccclxij.

De instrumẽto.

Excomunicato nõ deferẽt in ramẽtum in supplementum pbationis. glo. i. c. cũ iter eẽ de excep.

super hoc in capitu. vno. de iure patronatus. libro sexto. Et ita seruat stylus omnium curiarum presentis patrie Delphinatus.

- 176 **L**imes est signum seu terminus finalis diuidens duo territoria. vt. ff. finium regundorum. l. sed et loci. §. si iudicatur. **F**ronteria est vltima pars territorij vsq; ad quam inclusiue territorium extenditur. hoc ideo dicta/ quia fortem facit contra aliud territorium. de quo loquitur. ff. de capti. l. postliminium. §. post limen. z institui. quib. mod. ius pat. po. sol. §. ab hostibus.
- 177 **S**ubstantialia iudicioruz etiam de partiū voluntate nō possunt remitti. C. de dignitatibus. l. quoties. libro. xij. z no. per glo. in capitu. de causis extra de officio delega. glo. argumen. Et idem Joannes Andree z Hostien. de re iudicata. ca. si sententia. lib. vj.
- 178 **E**x pluribus presumptionibus potest iudicari. vt tenet Innocē. extra de pigno. c. illo. in glo. no. z in. c. ad nostram. extra de empti. z vendi.
- 179 **E**xceptio spoliationis est delatoriata q; post litis cōtesta. opponi non potest. etiam si postea fiat spoliatio. vt ponit Archidiacono. in capi. frequens. de restitutione spoliato. libro sexto. super hoc vide. l. si maritus. C. de donatio. inter virum. z vxo.
- 180 **E**xcommunicatio non tribuit iurisdictionem nec possessionem etiam si ei obediat a non subditis. notat in. ca. olim de restitutio. spolia.
- 181 **I**lle est malefidei possessor qui contra iura mercatur. C. de agrico. z censi. l. quēadmodum. in fi. lib. xj.
- 182 **I**nustus titulus habitus ab episcopo confert possessionem/et dat materiam prescribendi. not. ca. de quarta. extra de prescrip.
- Q**uando quis dicatur aliquid scire not. per Inno. in. c. si. extra vt lite non contesta.
- 183 **Q**uantum ad effectum nullitatis sententie non refert an error sit expressus in sententia vel possit constare ex actis. not. per Cyn. in. l. ij. C. quando prouo. non est necesse. z per Barto. in. l. si expressum. ff. de appellatio. Et dicitur alibi quod sententia non transit in rem iudicatam que manifeste apparet iniqua. ita not. Anto. de butrio. in capi. finali extra de penis.
- S**ententia in non confessum/ siue coniunctum lata est nulla. extra de constitutionibus. ca. ecclesia sancte marie. et ibi glo. no.
- 184 **N**ota qđ qui facit quod ad ipsum non pertinet/ etiam si bonum sit improbatur. xxvj. distinctio. bene quidem no. in c. dilecto. extra de appella.
- 185 **N**emo sine accusatore condemnari debet. xxij. qđ. iij. si quis potestatem.
- 186 **P**lus nocet contemptus vnius q̄ contradictio multoz. extra de electio. c. bone memorie.

Presumptio plurima iudicium facit.

De errore sententie.

b iij **D**ictio/

Singularia Gvidonis Pape.

¶ Dicitio nisi renocaueritis: est extensiuā. ff. ad tertullianū. l. filij mater. in fi.

De libello obscuro.
De dictione vel: in petitione posita
De dicitōe si. 187 **¶** Tu qui es aduocatus pro reo caue contra libellū actoris/de nimia generalitate videlicet si in libello ponatur dicitio vel: de qua dic vt extra de empti. z vendi. c. cū causa. Itē etiā caue si in libello ponat dicitio si: que est incerta. ff. de cōdi. indebiti. in. l. sufficit. Caue etiā de verbo duplici. de rescriptis. l. c. si. Et de verbo pregnante/ z de omni dubio siue obscuritate. in. c. super hoc. extra de renū. fm Jo. hostien. z docto. in. c. ignarus ep̄s. extra de libelli obla.

188 **¶** Qñ predo sit restituendus. Distingue: aut est talis predo cuius vice nullus p̄cedere d̄z z tūc nō est restituendus argu. C. qñ liceat sine iudice se vin. l. j. z. ij. Aut est alius predo: et tunc subdistingue: quia aut spoliatur a vero dño aut a non dño. si a dño/ subdistingue: qz aut spoliatur incōtinēti/ z tūc non potest petere restitutionē. de restitutione spolia. c. oliz. aut spoliatur ex intervallo/ z tunc potest petere restitutionē. Si vero spoliatur ab alio: q̄ a dño distingue: quia aut sol⁹ petit restitutionē/ z restituit. in. c. in literis. de restitu. spo. ff. de vi z vi arma. l. j. Aut petit simul cū dño/ z tūc distingue qz aut petit dñs rem rei vendicatione tanq̄ suā/ z tūc predo nō est restituendus: aut dñs nō petit rē vt suā sed interdicit ne predo restituat/ z tūc est predo restituendus. C. depositi. l. inuitū. ista distinctio est fm hostiē. in summa. §. breuiter. h̄ si. veruntamen.

Vide. §. fin= 189 **¶** Causa actionis etiā negative proposita necessario est probanda. l. hoc iure. ff. de verbo. oblig. z. l. ita stipulatus. h̄. qz si ab initio. ff. eo. facit aut. hoc si debitor. C. de pig. z. l. magis puto. ff. de re. eo. Et est regula qz vbi cūqz negatio est causa intentionis siue agentis siue excipientis ei qui negat incumbit onus probandi. fallit in exceptione nō numerate pecunie. ita not. Bart. in dicta. l. hoc iure.

190 **¶** Posito vno correlatiuorum/ ponitur z reliquum: z vno remoto remouetur z reliquū. ff. de procu. l. pomponi⁹. §. sed z his. Et de institutoria. l. s̄z z si pupillus. §. si institutor.

De precipitatione iudicū 191 **¶** Precipitatio phibetur iudicibus: qz iustitie est inouerca. xxx. q. vltima. z. c. nullū. xj. q. vj. c. z summo opere. extra de re iudicata. c. pastoralis. in de.

192 **¶** Sententia lata contra solitū morem iudiciorum est nulla z auctoritatem rei iudicate non obtinet. ij. qd. vj. c. diffinitiva. h̄. item si sententia. z. l. prolatam. C. de sententijs.

Quis dicat actor. 193 **¶** Ille dicitur actor qui primo ad iudicium pronocauit. extra de probationibus. c. ex literis. z Barto. ff. de nomi operis. l. de pupillo. §. si procurator. lo. ij.

194 **¶** Ubi est eadē ratio inducendi/ z eadem debet esse tollēdi. l. iubemus. C. de palati. sacra. la. lib. xij.

195 **¶** Quando error aduocati potest corrigi eadem die not. de appellatio. c. cum causam. glo. sed nunquid.

196 **¶** Finis demōstrat qualis sit res censenda. ff. de usufructu. l. sed z si quis. §. j. extra de frigidis. c. fraternitatis. §. si.

¶ Presumptio

- 197 **C** Presumptio est pro antiquitate nisi cōtrariū probetur. ff. finium regundorum. l. in finalibus.
- 198 **C** In notorijs & manifestis non est ordo iudiciarius seruā dus. extra de filijs presbyterorū. c. quoniā sacris canonibus.
- 199 **C** Quod factum est per surreptionem non valet. extra de offi. vicarij. c. j. glo. not. q.
- 200 **C** Clausula posita in fine non respicit omnia precedentia sed immediata. quod est verum quando sunt diuersa: secus quando inter se sunt coniuncta. extra de appella. c. secundo requiris. secundum. S. & dic vt per Hostien. not. eo. ti. in. c. inquisitioni. & de iure patron. ca. j. super verbo: atq; omnia. per Joannem andree.
- C** Dictio cum/est ampliatiua. l. si cui seruus. ff. de leg. j.
- 201 **C** Si inferior iudex non potest facere iusticiam propter potentiam inferiorum litigantium tunc. potest adiri iudex superior in feudis de mili. vasallo qui contu. est. ca. j. in auten. de que sto. §. si vero forsan.
- 202 **C** Super interrogatorijs per iudicem partib⁹ presentib⁹/ super examinatione testium approbatis/ si omissum fuerit testes interrogari/ etiam post publicationem sunt interrogā di. not. Inno. in. c. per tuas. extra de testi. idem Joan. andr. in. c. presentium. de testi. lib. vj.
- 203 **C** Iudex ultra contenta in libello vel exceptionib⁹ plus potest in sententia pronuntiare quando illud plus venit ex dispositione iuris. Inno. de concessi. prebend. c. cum super.
- 204 **C** Nota q; vbi est aliqua presumptio vna accusans/ alia excusans: semper recipitur illa que excusat. ff. de his qui ante sententiam mortem sibi consciuerunt. le. iij. §. videri faciunt not. in regula iuris fauorabiliores.
- 205 **C** An sit licitum iudici seculari capere clericū delinquētem sine metu excommunicationis. dic q; non. nisi in vno casu videlicet dum crimen committit: et tibi non est iudex ecclesiasticus qui eum capiat vel capi faciat vel / in committendo q; de tineri non potest. xxij. questione. iij. non inferenda. & seq. diu. tamen eum restituat iudici ecclesiastico j. de sententia excommunicatio. capitu. nuper. secundum Joan. andree. de hac materia vide que scripsi in decisionibus curie parlamenti/ questione. lxxij.
- C** Eadē die pōr corrigi error aduocati. de appella. ca. cum causam. in glo. sed nunquid.
- 206 **C** Qua pena puniatur qui exit de carcere. Dic aut exiit frangendo/ aut non frangendo: si non frangendo puniatur iudicis arbitrio. ff. de effractoribus. l. j. circa princip. vers. si per negligentiam. Aut exiit frangendo carcerem / et tunc subdistingue: aut vere commisit delictum propter quod captus erat/ et debet capite puniri: licet forte non esset capitale: vt habetur in dicta lege prima in principio et. ff. de penis. lege si quis aliquid. §. miles. & de ire militari. l. milites. §. eis. & est ratio quia fuit duplex delictum. Si autem non commisit delictum de quo accusabatur habetur pro confesso.

Presumptio

De surreptione rescripti.

Vide infra sing. cccclv. & vide lati⁹ in. lxxij. / consiliorū meorū Guido.

Presumptio

v sic intel

Singularia Guidonis Pape.

sic intelligitur glo. fina. in. l. in eos. ff. de custo. reorum. docto. hoc dicunt super dicta. l. prima. ff. de effractoribus. super verbo: Lenius puniendos.

De protesta-
tione tangit
Jo. and. i. c.
j. extra de se
quest. pos.
& fruct.

207 ¶ Si per actū contrarium discedatur a protestatione. & videtur q̄ sic. extra de cōst. c. cū. m. dic q̄ hoc est verum cū actus est directe contrarius protestationi / ita q̄ se cōpati non possunt. in. c. j. extra de litis contestatione. vbi de hoc nota. Se cōpati possunt: cū possit dupliciter intelligi ita q̄ actus ad litem contestandam vel ad iudicis instructionem proferatur. non obstat quod notatur extra de appellationibus. sollicitudinem. glossa fina. quia hec glossa verior est.

¶ Vel potest dici q̄ illa glo. loquitur quando protestatio nō fuit admitta sed per iudicem repulsa. hoc vero quod dicitur per Hostiensem in summa in titulo de constitu. §. j. & dic hec vera esse si verba protestationis procedant: secus si procedētibz verbis ad litis contestationem aptis diceretur aliquis se ea protulisse non animo litis contestande. argu. xxij. questione. v. humane aures. ff. de supellectili legata. l. ab eo. extra de sponsa. c. ex literis. quod non est presumendum q̄ aliud in mente gesserit q̄ ore expresserit.

In quibz cō
mittit sacri
legium.

208 ¶ Quando sacrilegus sit excommunicatus. dic q̄ si committat in personam ecclesiasticam ipso iure est excommunicatus. xxij. questione. iij. c. si quis suadente. Aut in corpus ecclesie. puta hostia frangendo / vel incendium ponendo: et tūc idem. extra de sententia excommunicationis. c. cōquesti. & c. tua. xv. questione. ij. deuotissimam. Si vero in rebus sacris tunc per sententiam extra de furtis. c. finali. vbi ille qui surripuerat calicem de ecclesia dum tamen satisfaciat nō impeditur promoueri ergo nō est excommunicatus & in rebus etiam prophanis ad vsum ecclesie deputatis. vt extra de foro competentis. §. conquestus. & ibi hoc per. c. abba. & c. cū sit generale.

209 ¶ Jus civile respicit rigorē. ff. de iniusto testamento. l. si quis. §. sed hec. Jus vero proprium respicit equitatem. ff. de suis et legi. l. j. §. sciendū. & l. titius. vnde cognati. la. prima. §. si quis.

210 ¶ Dictio Et / cōiungit diuersa. ff. de alimentis & cibarijs legatis. l. fina. & l. ea tamen. ff. de legatis. l. ij.

211 ¶ Non videtur quis rem habere singulis partibus non habitis. ff. de verborum obligatio. l. qui vsumfructum. de exceptione rei iudicate. c. si quid cū.

212 ¶ Qui vult vnum vult & eius preparatorium. l. vbi. ff. ad trebellianum. de serui. rusticorum prediorum. l. item. §. finali. & l. quāuis. C. de fideicommissis. vbi Cynus sumit hoc notabile.

213 ¶ Omnis Rubrica perfectam orationem inducens constituit & facit ius. not. per Hostiensem in summa vt ecclesiastica beneficia. c. vno. in principio.

214 ¶ In causa civili non proceditur ex officio / sine alicuius instantia vel requisitione. notatur per Innocentium. de iur. reuocando.

reuerando. c. ad nostram.

Et in causis priuatorum fiscus nō debet interponere partes suas. alleg. Innocent. vbi supra. l. ea quidem. C. si mancipium ita fuerit aliena. ne manumittatur.

215 **A**d sciendum quando plura apponuntur vtrum omnia debeant probari: distingue/aut apponuntur in libello aut in resumpto.

Si in libello/aut coniunctim/aut disiunctim/si disiunctim sufficit alterū probari. quadragesimaprima distin. capitulo. ij. quadragesimanona distinctone. capitulo. primo. in principio. de excessibus prelatorum. graue. et in capitulo inter ceteras. extra de rescriptis. in antiquis. ff. de iure dotiu. l. pleriq. C. de conditio. indebi. l. finali. sed fatuus est qui talem libellum admittit cum propter disiunctiuam possit repelli. 7 no. C. de annali exceptione. l. finali. extra de libelli ob. capitulo. ij.

Et hoc verum nisi alternatiua naturam copulatiue importet. extra de testamentis. §. Raynuitus. vel nisi vtrunq. alternatiuorum esset in obligatione: quia tunc probaretur vtrunq. ff. de re iudicata. l. i. §. miles.

Si copulatiue/ distingue: aut alterum de propositis nō sufficit/aut alterum tantū sufficit: si primo casu oportet vtrūq. probari. institui. de heredibus instituendis. §. primo. quia de sui natura est.

Si p se alterū sufficeret. aut pponēs se obligauit ad vtrūq. probandum: 7 tunc vtrunq. oportet probari. extra de probationibus. ca. licet. Et imputet sibi qui se oneravit diuersa probatione: quia ei mos gerendus est. ff. de probationibus. l. circa. et hoc verum nisi forma mandati contingat. extra de accusationibus. capitulo accedens. Si non se obligauit ad vtrunq. sufficit alterum probari/ dum tamen per se sufficiat. extra de rescriptis. capitulo secundo. de accusationibus. capitulo accedens. et capitulo cum oporteat. Si in rescripto distingue: aut coniunctim/aut disiunctim. si disiunctim sufficit vnum probare. extra de rescriptis. capitulo inter ceteras.

Si copulatiue/ distingue. aut vtrunq. tendit ad vnum finem aut ad diuersos. si primo sufficit alterum probare. de rescriptis. capitulo secundo. de iudicijs exhibita. de prebendis. capitulo cum iam dudum. de appellationibus. capitulo. significantibus. et sic intellige contraria glosse/ nisi in petitionibus se oneraret superflua probatione. vt est dictum extra de foro competenti. ex parte. aut vtrunq. tendit ad diuersos fines/vel effectus. et tunc probato vno non tenetur aliud probare. 7 per hoc intellige nota. Hostien. in dicto. c. ex parte.

216 **E**a que promittuntur opere sunt adimplenda. extra de pac. capitulo qualiter. xij. questione quinta. capitulo quia iohannes

No. hec distin. qñ in libello vt rescripto apponunt plures clausule si oēs debeāt probari

Propter disiunctiuā potest repelli libellus.

De hoc clari⁹ scripsi in tracta. meo rescripto. in qōe q̄ incipit. Si plures.

Hic d̄ rescripto.

En

Singularia Guidonis Pape.

- De pertinētijs** 217 **C**In dubio debet interpretari q̄ quis non delinquerit potius q̄ deliquerit. i. q. vii. scimus. ff. de penis. l. si preses.
- 218 **C**De pertinentijs vide. l. q. in rerum. §. si quis post. ff. de legatis. i. 2 vide Inno. in. c. cum ad eadē. de restitutione spoliatorum. videlicet q̄ nomine pertinentiarū intelligunt que lege/ statuto/ vel consuetudine sunt deputata.
- 219 **C**Ubi in delicto requiritur dolus cessante dolo non committit delictus. l. inter oēs. §. recte. ff. de furtis. et. l. falsus. §. qui alienum eodē titulo. 2. l. si seruū. §. ait pretor. 2. ibi glossa super verbo Non videtur. ff. de acquire. hereditate.
- 220 **C**Nullitas et in integrū restitutio possunt simul in iudicium deduci 2 interpretari allegatur. ca. constitutus. extra de in integrum resti. de hac materia vide que scripsi in decisionibus curie parliamenti. questione. cxliij.
- 221 **C**Pignozatio est genus iurisdictionis. de foro. competenti. c. cū contingat. in principio glosse vltime.
- 222 **C**Nota q̄ probatio debet esse de necessarijs non de contingentibus: quia non est efficax consequentia ex fallibilib⁹. Nam non probat hoc esse quod ob hoc contingit abesse. facit. ca. in presentia. de testibus. 2. l. non hec. C. vnde co.
- 223 **C**In iudicijs possessorijs obtinere debet qui de antiquiori 2 iustiori possessione probat vt notat Cynus. C. vti possidetis. l. vti possidetis. 2. l. vltima. vnde vi.
- 224 **C**Dictio plus prolata a teste vel homine nihil opatur. ff. de in lit. iurando. l. iuz furti 2 vide super hoc nos. per Ja. de are. in. l. si quis in suo. C. de inoffi. testa.
- 225 **C**Nulli licet ignorare quod publice factum est. xvj. distinctione. q̄ dicitis. et no. per glo. in. c. exceptionem gloss. nota. extra de exceptionibus.
- 226 **C**Nota extra de iureiurando in. c. sicut q̄ ad bellum vocās amicos non tenetur de equis amissis et alijs rebus nec sumptibus si bellum fuerit iniustum/ qz in re turpi nulla est obligatio. extra de pactis. c. si. Nec etiaz si iustum vbi faciunt ex debito. i. causa pietatis. de sen. excom. c. dilecto lib. vi. cxliij. questione. iij. non inferenda. Si vero nō tenebat actiones habebit. Sed quis dominū sequi debeat nō tñ ad suas expensas nisi aliud sit de consuetudine vel pacto ad hoc extra de immunitate ecle. c. non minus. Et homines capti si bellum fiat ex edito principis fient capientius. ff. de cap. 2. post li. reuersis. l. hostes Non autē si alterius nisi habeat iurisdictionē 2 fecerit. statutū super hoc extra de sen. excommu. c. a nobis Nec dicentur capti sed obsides Nec vocans amicos vel subditos poterit agere ad satisfactionē si spoliati sunt bonis suis per tertium sed faciet sibi concedi actiones. arg. ff. de bo. dā. l. ij. §. si quis sponsionis 2 in dicto. ca. sicut.
- 227 **C**Non excusatur pretextu ignorantie qui scire potuit qd ignorat. xxxvij. distin. c. fin. ff. de bo. possessio. l. in bonorum de m. 2 facti igno. l. regula.
- 228 **C**In notorijs possunt recipi testes ante litis contestationem ad cautelam extra de elec. c. bone. lo. ij. Et idem in vniuersali

versalibus iudicijs. ff. de peti. heredi. l. hereditates.

¶ De notorijs & manifestis ordo iuris non est seruandus extra de filijs presbyterorum. c. quoniam sacris canonibus. in gloss. et ita not.

229 **¶** De commissione facta in rescripto principis sub illa clausula / Si tibi constiterit &c. intelligitur partibus quoru interest vocatis quia aliter constare non potest not. Inno. in. c. dudum. circa. fi. extra de presumptio.

230 **¶** Sicut debet esse certa persona actoris sic etiam debet esse certa persona rei. iij. questione. ij. c. j. & ij. Nec licet alicui vagare in discrimen alterius. ff. de iniurijs. l. pretor edixit. & de hoc latius per Inno. & Hosti. extra de ordine cog. in. c. cu dilectus. in prin.

231 **¶** In spiritualibus non prodest probare possessionem nisi et iustus titulus probetur adhec consuevit allega. c. ad decimas. de re. spo. lib. vj.

232 **¶** Nota qd positionem siue exceptionem suam potest quis in causa collocare declarare & specificare. arg. extra de appellationibus. constitutus. prope fi. de fide instru. ca. cum Jo. de re iudi. c. abbate sane. §. fi. Nam et plura ponuntur in articulis. §. in libello quia licet agatur simpliciter possessorio potest articulari sup petitorio ad corroborationem. possessorij vt tenet spe. in ti. de teste. §. nunc videndum. ver. sed pone.

¶ Modum ponendi & super eis iurandi testes reprobandi interrogatoria faciendi vide in. c. presentiu. de testibus lib. vj. et in. c. j. de confessis eodem lib.

233 **¶** Quibus modis perdatur priuilegium vide per gloss. in ca. subiectum. extra de decimis.

¶ Priuilegium in preiudicium concedentis est latissime interpretandum in preiudicium vero tertij strictissime vt not. Inno. in. c. dilectus extra de donationibus.

234 **¶** Nota qd tenore literarum monitoriarum sententia excommunicationis continentium. duntaxat non debet quis excommunicatus nuntiari nisi per alias literas aggravatorias appareat ipsum monitum non paruisse: et ideo excommunicatum quia possibile est infra tempus monitionis paruisse. Nec incumbit probatio eidez monito qd paruerit: sed incumbit contrarium asserenti vt not. Inno. in. c. super his ultra medium magne glo. extra de accusat: onibus.

235 **¶** Nota qd quando sunt due rationes copulatiue posite permissorie vel prohibitorie licet cesset vna non cessat alia. ff. de itinere actus priua. l. ij. §. hoc autem. in aut. de testi. & ea qd parit. §. qd obrem. et not. per Cy. C. quorum lega. tertia oppo. circa finem.

236 **¶** Nota qd trinus actus pacificus inducit possessionem vt habetur & not. extra de causa posses. & proprie. in. c. cum ecclesia sutrina.

¶ Nota qd prime depositioni testium est standum. extra de presumpti. c. literas. & ibi glo.

¶ Ubi est maior numerus testium maior fides est adhibenda extra

Singularia Guidonis Pape.

da extra de testi. in. c. in nostra presentia.

237 **C** Quando iudex procedit ex officio suo si testes clare non deposuerint iterum potest eos facere testificari etiam post publicationem testium. quia in eo nulla mali presumptio est in. c. cum clamor. extra de testi.

Nota secundum Innoc. q. licet testis sit singularis in redditione cause ubi causa non est de essentia rei puta si vnus dicat q. vidit percipere bladium alius legumina non repelluntur quia effectus idem est super decimis: secus esset si esset locus vel cause redditio de essentia vt in contractibus quia in illis testes singulares non valerent vt in. c. nisi dominus. ij. q. ix. z per Inno. in. c. licet. extra de testi.

238 **C** Nota quod ubi receditur a iure communi semper causa est exprimenda not. Inno. in. c. ad petitionem. extra de accu.

239 **C** Nota q. illud quod potest fieri parte absente: vt citatio et similia. potest z in illis interloqui etiam parte absente vt not. Inno. in. d. ad petitionem extra de accu. z ex hoc sumit consilium q. ubi iudex vult abbreviare terminum citationis q. ipse interloquatur vt ibi not.

240 **C** Nota q. ad singulos actus cause post litis contestatio in quibus non vertitur magnum preiudicium non debet q. nisi semel citari et omnes termini sunt et censentur peremptorii. icet non dicatur preter q. ad diffinitiuam sententiam audiendam Et secundi decreti interpositionem z testium productionem vt not. Bar. ff. de damno infecto. l. si finita. §. iulianus. in. ij. questione pro quo. l. si quando. C. de testi. z de do. z contu. c. ij. lib. vj. et de test. c. in nomine domini. z. c. consului extra de offi. dele.

241 **C** Preceptum factum contra non confessum vel non conuictum non valet de iure. C. de exsecu. rei iudi. l. eos. et not. p. inno. extra de in integrum resti. c. cum venissent. super verbo inhibitione. cum iuribus ibi alle. et in spe. in titu. de sententia. §. iusta. ver. in summa not. de hoc etiam tetigi in decisionibus curie parlamenti delphi. questione. xij.

242 **C** Nota q. verba superflua ex imperitia adiecta non vitiatur actum nec operantur limitationem sed duntaxat demonstrationem et exemplum. l. quidam. ff. de le. j. z. l. paulo calimaco. §. si. ff. de lega. ij.

243 **C** Non debet significationi verborum nimis attendi: quia dum verborum proprietates attenditur sensus veritatis amittitur. extra de verbo. sig. c. propterea Et disputare de verborum significatione de quibus non expedit curiosis relinquatur. extra de re iud. c. abbate sane. prope fi.

244 **C** Nota q. episcopis contra subditos est omne genus exactionis z taliandi prohibitus preter q. in casibus sibi a iure vel consuetudine permissis vt not. Inno. z Hosti. in. c. cu. apostolus. extra de censibus.

De cessione. 245 **C** Nota q. ubi quis agit iure sibi cesso debet facere fidem de cessione ante litis contestationem si reus petat argu. l. j. in prin. Nisi iuret se non posse quia habet eam in loquinquo arg. l.

argu. l. iij. §. ibidem iulia. ff. ad exhibendam Item de omnibus de quibus fit mentio in libello debet fieri fides ante iuris contestationem. ut puta si fiat mentio de aliquo instrumento: ut not. Inno. extra de probatio. c. j.

246 **C** Nota q. verbum z ultra: positum in libello non reddit eum obscurum per ea que habentur et no. extra de dila. c. iij.

C De dictione citra vide. c. licet. de probatio. cum ibi not.

247 **C** Si papa aliquem recipiat sub sua protectione non eximitur propterea a iurisdictione sui ordinarij. ut habetur et not. extra de confirma. utili. c. fin.

C De probatione contra malam fidem vide extra. de spon. c. cum in tua gloss. super verbo. de fama et super verbo. contra famam.

C Non est aliquis sine cause cognitione iure suo privandus. ut. xvi. q. iij. volumus.

248 **C** Nota in quibus casibus liceat sua autoritate possessionem apprehendere vide. in spe. in titulo de actore. §. j. ver. Item quoniam qui vult.

249 **C** Per iuramentum quis potius deo q. hominibus astringitur et ideo ei magis est parendum. de sententia excom. c. relatum.

C Redditio enim et observantia iuramenti est de iure naturali z de precepto decalogi. xxi. q. ij. c. si peccatum. in prin. extra de re. iur. c. z si christus. circa fi. ibi. redde deo zc.

C An litere credentie obligent mandantem. vide Bart. in. l. mortuo. ff. de fideiuss.

250 **C** An advocatus in causa propria possit petere patrocinium per eum prestitum si in ea obtinuerit vide Barto. in. l. si stipulatus. ff. de fideiussoribus.

C An monachus habens administrationem adquirat ecclesie in qua habet administrationem vel abbacie vide Barto. in. l. si servus communis. ff. de stipu. seruo.

251 **C** Nobilitas probatur per famam ut dicit Bart. in. l. providendum. C. de postulando.

C An ex contractu prohibito oriatur naturalis obligatio vide Bald. in. l. non dubium. C. de legibus. in questione: iuxta hoc quero zc. et de hoc aliquantulum tetigi in decisionibus curie parlamenti. qone. cxc.

252 **C** An deceptus ultra dimidiam iusti pretij si in instrumento contineatur q. plus valens donat habeat remedium. l. ij. C. de rescin. ven. vide ple. Barto. ff. de verbo. oblig. in. l. si quis cum aliter. ibi: quero dicitur instrumento zc. z. Odofredum in dicta. l. ij. C. de rescin. ven.

C De confessione facta in tormentis vide Bart. in. l. j. ff. de custodia reorum. in fi.

253 **C** Arbitramentum est quidam contractus transactionis dicit Barto. in. l. j. §. advocatos. ff. de varijs z extraordi. cog. z no. glo. super verbo conventum. in autem. ut differen. iudi. in §. si vero contigerit. coll. ix.

C Quid

Et ultra

Citra

De iuramento

Vide infra
singu. cccx. z
sing. dcccxxvi.

De arbitramento.

Singularia Guidonis Pape.

¶ Quid dicatur anniuersarium ⁊ quare fiat. vide in. c. cum creatura. extra de celebratione missarum. ⁊ ibi glo.

254 **¶** Fiscus potest petere cogi partem ad exhibendum instrumenta. Salicetus ⁊ docto. in. l. qui accusare. C. de edē.

¶ Utrū ex sola recognitione quis efficiatur homo alterius. text. q̄ non. in. l. cum scimus. C. de agri. ⁊ cen. lib. xj. ⁊ tetigi in decisionibus curie parlamenti. q̄one. cccv.

255 **¶** Regula dolo petis: non habet locum in non liquidis habentibus altiozem indaginem. super quo vide. l. j. §. j. ff. vt leg. nomine caue. ⁊ Cy. in. l. j. C. de edic. diui adriani tollendo. et Bar. in. l. si focer. §. lucius. ff. sol. ma.

256 **¶** Qualiter spurius possit heres institui ⁊ ei aliquid relinqui. vide Bar. in. l. si. ff. de his quibus vt indignis. ⁊ in. l. aufertur. ff. de iure fisci.

257 **¶** Illi de vniuersitate admittuntur in testes in subsidium alijs deficientibus. ita dicit Inno. in. c. cum nuntius. extra de testi. ⁊ Specu. in titulo/ de teste. §. j. ⁊. sed nunquid in causa vniuersitatis. ⁊ de hoc tetigi in decisionibus curie parlamenti/ questione.

De hoc vide
in consilijs
meis. ix.

258 **¶** Si procurator meus qui ante receperat instrumentum pro me eum producat in causa pro me an faciat fidem. vide Joannem andree in mercuriali. in. c. cum quis vna ⁊c.

¶ Princeps secularis potest dispensare super iuramento. l. si. ff. de re militari. ⁊. l. si. in prin. ff. ad municipales.

259 **¶** In integrum restitutio postulata impedit executionem sententie. ita dicit glossa in. l. vna. C. in integrum restitui. postu. nil noui fieri. vide tñ ibi Cynum.

¶ Qualiter ⁊ quando expense possunt peti ante litem contestatam: vel post vide Bartolum in. l. ediles. §. item sciendū. in fine. ff. de edilitio edicto.

260 **¶** Licet sm statutum Delphinale non admittantur nisi certe exceptiones: tamen potest opponi contra instrumentū de inualiditate ⁊ nullitate ipsius vt dicit Bartolus in. l. diu^o ff. de testamen. mili. Sed an admittatur exceptio cōfusionū/ actionum factarū per aditionem hereditatis: iuxta. l. debitori. C. de pactis. l. heres. §. q̄ si stipulata. ff. de fideiussoribus. dic q̄ sic. quia talis confusio pro solutione ⁊ loco solutionis habetur. Et idem habet ⁊ importat quod solutio iste est textus notabilis in. l. vrannius. circa prin. ff. de fideiusso. vide glossam in. l. ita pudor. ff. de adulterijs. et de hoc tetigi in apparatu quem feci super stato Delphinali/ sub rubrica De literis compulsorijs ⁊ precisis.

261 **¶** Res mobiles ⁊ se mouentes possidentur sicut immobilia. textus sunt in. l. rem que. et. l. si rem. ff. de actio. heredi. ita ponit et determinat Bartolus in. l. j. in principio. ff. de acquirenda possessione. ⁊ in. l. prima. ff. vtrobique ⁊ ex his apparet quod statutum Delphinale: si quis per literas. habet locum etiam pro re mobili. ⁊ de hoc etiam scripsi in apparatu quem feci super dicto statuto si quis per literas. in gloss. super verbo rei glicuius ⁊c. et scripsi etiam in decisioni. par-

la. q̄one

la. questione. cccij.

¶ De materia rei litigiose vide Bartolum in. l. quod sepe. §. si quis amico. ff. de contrahenda emptione et venditione. et tetigi plene in decisionibus curie parliamenti. q. cccxxvij.

¶ Que dicatur res litigiosa vide Barto. in. l. j. §. j. ff. de litigi.

262 **¶** Quod quis possit pro furto questionari. facit in argumen. l. j. ibi: autē tormentis subijci. C. de natura. liberis. Et facit. §. illud lo. ij. in auten. vt iudi. sine quoquo supra. coll. ij.

263 **¶** Mulier potest esse executrix in testamēto. ita dicit Cy. in. l. id quod pauperibus. C. de sac. san. eccle. et Bartolus in. l. alio. ff. de ali. et ciba. leg.

264 **¶** Legata pia debentur etiam hereditate nō adita vt notatur per Joan. Andr. in additionibus Specula. in titulo de instrumentorum editioe. in. §. nunc vero aliqua. ibi ad pias causas. idem tenet Barto. in. l. nemo. ff. de legatis. j. et in. l. eandem. C. de fideicommissis. et in. l. j. C. de sacrosan. eccle. de hoc tetigi infra in. §. si testator in testamento etc.

¶ Legata pia dicuntur que relinquuntur ecclesijs/pauperibus/vel similibus: secus si alijs personis putavxor/amicis/vel vicinis vt dicit Jo. an. in addi. Spe. vbi supra.

265 **¶** De confessione extrajudiciali si probet et si indicat obligationē. vide Jo. An. in addi. Spe. in ti. de teste. in. §. j.

¶ Si quis negat feudum debet feudū perdere. notat Innocen. in. c. ceterū. in fine. extra de iudicibus.

¶ Princeps non potest alienare castra inuitis hominibus loci p quo vide q̄ dixi in decisionibus curie parla. q. cccxxix.

¶ Per consuetudinē potest possessio ipso iure transferri absq̄ apprehensione fm Inno. in. c. ij. de consuetudi.

266 **¶** Dominus potest ponere capitaneum in castro suo inuitis hominibus suis. l. si ita. §. dominus. ff. de usu. et habitatione. et videtur text. in. l. ij. §. saudania. C. de officio prefeti pretorio aphyce. facit generale dictum in. l. remandata. C. mandati. licet videatur textus in contrarium. in. l. j. C. de irenar. lib. xj. et in. l. j. ff. de decre. ab ordine facien. sed fiet expensis domini et nō subditorum. l. finali. C. de statutis et imaginibus. l. ij. §. si uautem. et per discursum totius dicte. l. C. de officio prefeti preto. aphyce. et in auten. vt iudi. sine quoquo suffragio. §. illud. coll. ij.

267 **¶** Illud quod fit fm consuetudinem dicitur. fieri fm ius vt dicit Inn. i. c. cum venissent. extra de eo q̄ amittitur in possessionē causa rei seruande.

¶ Si quis detinet debitorem vel alium ultra. xx. horas dicitur committere carcerem priuatum. Bar. in. l. capite quinto. ff. de adulteris.

¶ Bartolus in. l. venationem. ff. de usuris. dicit q̄ non est licitum alicui venari in aliena garena.

¶ De clericis beneficiatis euntibus ad studia vtrum videantur in ecclesijs suis residere. vide Bartolum in. l. quesitum. in princ. ff. de legatis. iij.

268 **¶** Exceptio excōicationis obstat agēti/interdicto vnde vi. ita tenet Spec in titulo de petitorio et possessorio. §. si. Et ibi ponit. xxvj. casus qui obstant agenti interdicto/vnde vi. nec obstat. ca. item si quis. extra de restitutiōe spoliato. quia ibi crimen enorme et notoriū non opponebat/ et vide Angelū in. l. momētanee. C. vnde vi.

¶ Utrum clericus possit cogi deponere in causa criminali vide. l. idem puto. §. certe. ff. de bo. libertorum.

269 **¶** De duobus substitutis quorū vnus morit̄ ante heredē vtrū portio sua

remante

Singularia Guidonis Pape.

remaneat heredi vel ptineat suo p̄stituto vide l. l. si ex plu-
ribus. ff. de suis et leg. heredi.

¶ Et de alia q̄e q̄n̄ interrūp̄t grad⁹ substitutionū an seq̄ns
i gradu admittat vide q̄ dixi i d̄cisionib⁹ curie plamēti. q. ccccl.

De proga-
tione iurisdic-
tionis.

270 ¶ Non p̄t procurator prorogare iurisdictionē sine specia-
li mādato vt dicit Inn. in. c. de causis. et de offi. dele. et Pau.
de ca. in. l. j. de iudi. in sua repetitione circa fi.

¶ Si quis cōpareat corā iudice a quo ipse appellauit et p̄te-
stet q̄ eius appellatio sit sibi salua valet protestatio ita dicit
Inno. in. c. q̄oni. extra de appellatio.

271 ¶ Quis dicat bonafidei possessor et qualiter p̄bet bona fidei
des vide Bar. in. l. celsus. ff. de v̄sucap. vide. l. bone fidei em-
ptor. in prin. ff. de adq̄rē. dominio.

272 ¶ Iudex de volūtate partiū volētium q̄ tantū valeat p̄ces-
sus ac si lis legitime fuisset contestata et ordo iudiciarius ser-
uatus procedit in causa et profert sententiā vtrū valeat p̄ces-
sus et sentētie. dic q̄ nō vt tenet expresse Spe. in tit. de sentē-
tia. §. iuxta p̄positionis seriē. ver. q̄d si de partiū voluntate
et. idem Inno. et Host. in. c. referēte. extra de p̄bēdis et facit
quod not. archi. in. c. si delegatus. extra de rescriptis li. vi. su-
per verbo committat et facit q̄ not. Inno. in. c. cū cām. extra de
testib⁹. et vide q̄ scripsi in d̄cisionibus curie plamēti. q̄one.

Procurator
cōstitutus in
potest reuo-
cari.

273 ¶ Procurator cōstitutus in cōtractu sicut cōmuniter sit in
Baignioue/nō potest reuocari quia est pars cōtractus. facit
l. fundi partē. et ibi Bal. ff. de contrahen. emptio. et venditio.
idem tenet Oldratus in suis questionibus/questione. cccxvi.
que incipit pone quod titius et.

¶ Laicus quidam emit seu arrēdauit fructus alicuius eccle-
sie an gaudere debeat eodem p̄uilegio circa tales redditus
sicut talis ecclesia ad hoc q̄ non teneat soluere collectā vel
vectigal. Spe. mouet istam questionem de immunitate eccle-
siarum in fi. et videtur dicere q̄ non gaudeat p̄ hoc facit. l. ci-
tatio. §. fi. ff. de publi. et vectiga. vide archi. in. c. q̄q̄ de censu.
De hoc etiam tetigi. §. firmarij.

274 ¶ Carruate debēt fieri sumptibus hominū. textus in pro-
pria materia. in. l. si victu. ff. de operis libertorū. nisi consue-
tudo aliter se habeat que attēdi debet. l. si fundus. ff. de eue.
et de hoc scripsi in d̄cisionib⁹ curie plamēti/questione.

¶ Ratio legis nō minus est attendenda q̄ ipsa lex ita t̄ gl.
in. l. j. circa. fi. C. q̄ sit lōga cōsue.

275 ¶ Excōicat⁹ nō p̄t petere exequutionē sentētie fm Inn.
et Host. in. c. venerabilē. et de exce. vt refert Archi. q̄ ita videt
tenere i. c. sicut. ij. q. j. et est tex. in. c. pia in fi. de.

¶ Quis possidet et dicit se missum fuisse in possessionē auto-
ritate literarū iudicialiū q̄ p̄bat ita esse p̄ testes vtrū sufficiet
dic q̄ nō imo dz p̄bare p̄ instrumētū ita videt dicere tex. i. l. fi.
C. de edic. diui adri. tol. sicut cetera acta debēt p̄bari p̄ scriptu-
rā. c. q̄m̄ p̄ falsam. et de p̄bationib⁹. et l. ne in arbitris. C. de
arbi. ita dicit Bar. in. d. l. fi. in. q. fi. ¶ In q̄b⁹ cessat p̄scriptio
vide glo. notabilē in. c. nō liceat cū. extra de p̄scriptio.

276 ¶ Spoliatus possessione vel qz agit interdico vñ vi p̄ ti-

tiū q̄ opponit rē ad spoliatū nō p̄tinere: S3 ad caū q̄ cuius
 assistit titio spoliati z p̄ponit rē ad se p̄tinere iure dñi: vtrū
 isto casu habeat locū regula dolo petis adeo q̄ spoliat⁹ repel
 latur dic q̄ sic ita tenēt singulariter. Cy. z Bart. in. l. si q̄s. C.
 locati z hē. boyz. i. c. cū venissent. i. vl. di. i. si. ex. de institutio. fa
 cit q̄ no. Bar. in. l. bona fides. ff. depositi.

277 **¶** Aliqua snia reperit lata cētū anni sunt elapsi z habitatores
 alicui⁹ castri vel loci nūc dñs modern⁹ vult se innare
 de tali snia z habitatores modernos/ q̄ dicūt q̄ nō sunt here
 des p̄decessorū/ nec in eorū bonis successerūt iō q̄ talis snia
 eis obesse nō dz tāq̄ res inter alios iudicata. l. j. y. z fi. C. q̄b⁹
 res iudi. nō nocet p̄uū credo ego guido: q̄z p̄decessores de
 cesserint successores rep̄sentāt defunctos z faciūt eūdē pplm
 sic q̄ moderni cēsēt idē ppl's tex. est notabilis. in. l. p̄pone
 batur circa mediū. ff. de iudi.

278 **¶** Assertio interfecti nō p̄bat z occisorē. Bar. in. l. si q̄s in
 gram. §. si q̄s moriēs. ff. ad silleianū. Et vltra vbi dicit Bart.
 q̄ si notarius dicat instrumentū per eū receptū esse falsuz q̄
 non p̄iudicat p̄ti z vide de hoc. §. folio. j.

¶ Verba snie debent stricte intelligi. l. j. C. si plures vna. z. l. si
 te. ff. de excep. rei iudi. dicit Bar. in. l. si expressum. ff. de appel.

¶ Oīdrad⁹ dicit q̄ snia arbitri nō mādat executioni vbi est pe
 na qz agit ad penā. al's sic i. l. iudei. C. de iudeis. z. ff. de re iu.
 l. a dino pio. i. p̄n. lz sint gl. p̄rie in. l. ait p̄tor. ff. de re iudi. z
tenet et si venit reuocanda non reuocatur nisi vsq^{ue} ad bono-
rum subsidium quando est facta vni de liberis. in lege si li-
queat. C. de inofficio. donat. et ista est conclusio doctorum.
videlicet Bartoli. in lege titia. §. imperator. ff. de legat. secū-
do. Bald. Cyn. 7 Jacob. 7 aliorum. in. l. prima. C. de inoffi. do-
nat. ideo opus est querela.

¶ Donatio que fit absenti non valet nisi interueniant nun-
tius vel epistola: 7 si quis non vt nuntius sed motu suo pro-
prio notificet donatario / adhuc non iufficit. ita notat gloss.
in lege consensu. ff. de actionibus et obligationibus. in lege
nec ambige. C. de donationibus. et in lege prima. ff. de con-
trahenda emptione et venditione in fine et hec est commu-
nis doctorum sententia. sed quid si interueniat iuramen-
tum. vide Henr. de bouenco in autentica sacramenta. C. si
aduersus ven. in sua repetitione. vide quedixi in decisionib^{us}
curie parlamenti: q^{ue} de. cxxij.

¶ Si fiat donatio absenti per nuntium vel epistolam an do-
nans possit eam reuocare medio tēpore quo donatarius de-
liberat an approbet vel refutet. dic q^d nō per. c. si tibi absenti.
de p^{re}b^{en}e.

De donatio-
ne absenti
facta.

de preben. lib. vi.

342 **C** Pactū nudū in iudicio factū eius colore intelligitur ve-
stitum: ita refert Baldus in sua repetitione. §. qui pronoca-
uit lege. ff. de pactis. audiuisse dici a domino Barto. per. l. cū
ostendimus. §. finali. ff. de fidei. tutorum Et pro hoc adduco
ego Guido Pape plura ultra Barto. & Bal. et primo quia iu-
dicij calor facit q̄ renuntiatio iuris futuri in eo facta valida
est: vt no. glo. in. l. pater. C. de cura. bonis dādo. & in. l. si plu-
rium. ff. de acquiren. heredi. Licet si non corā iudice fiat ius
futurū simplici renūtiatione tolli non possit. l. si ita. §. si sub
cōditione. ff. de leg. ij. & in. l. j. §. quod ait pretor. la. ij. ff. quo-
rum leg. ergo a paritate rationis in pacto nudo supplere de-
bet vestimentum aliquod iudicis presentia. Item pro eis fa-
cit gloss. in. l. eum pro quo. ff. de in ius vocando. volens ex pa-
cto iudicis vtilem actionē adquiri parti in cuius fauorē fit.
Ex pacto nudo vallato iuramento oritur actio quia ipm
iuramētum vestit tale pactum nudum: ita tenet dñs Anto-
nius de but. in. c. cū contingat de iureiur.

E per pactum/ hereditas post mortem dari potest in. l. j. C.
vt actiones ab herede & contra heredes. de quo vide in. l. li-
cet. C. de pactis per gloss. in. l. finali. C. de pactis. & vide que
dixi. in. xxxj. cōsiliorū meorū: in primo dubio.

343 **C** Contractus innominatus sui natura reuocabilis. pro-
pter iuramentum est irrenocabilis. not. gloss. in. l. si pecuniā.
ff. de condic. ob causam. & ibi not. glo. quod iuramentū facit
quem teneri precise ad factum. Et ex hoc dico quod si in
donatione causa mortis que sui natura est reuocabilis. ff.
marcellus. §. fina. et. l. & si debitor. in. fine. ff. de donatio. causa
mortis. & l. si. C. eodem titulo. si iuramētum interueniat erit
irrenocabilis. facit. l. vbi ita donatur. ff. de donationib⁹ cau-
sa mortis.

E spes substitutionis non transmittitur ad suos in. l. si ex
pluribus. ff. de suis & legitimis heredibus. & in. l. substitutio.
ff. de acquirendo rerum dñio.

C Conditio debet impleri in forma specifica et preut poni-
tur vt dicit glossa in lege prima. C. de conditio. inserti. pro
quo. l. qui heredibus. in principio. & l. menius. ff. de cōditio-
nibus & demōstrationibus.

E In vltimis volūtatibus potius inspicitur volūtas q̄ ver-
ba. l. in conditionibus. ff. de cōditio. & demonstra.

E Cum alios voco/ alios videoz excludere in. l. sicut certi. C.
de testamento militari. & l. si patronus testamento. in princi-
pio. ff. de operis libertorum.

344 **E** Testator dicendo & si filius vel heres meus in extraneo
herede decedat sine liberis talē substituto liberi heredis ex-
cludūt substitutū: qz ex p̄sumpta volūtate testatoris ipse videē
eos p̄ferre voluisse substitutis i. l. luci⁹ la. ij. ff. de here. istituē.
L3 sit iter doc. diffic ultas si ipsi liberi veniāt ad bona testato-
ris ex testamento. vel ab intestato de quo dicit ibi per gloss.

d ij & Bar.

Conditio?

Singularia Guidonis Pape.

et Bart. et plene scripsi ego Guido pape in decisionibus curie parliamenti/ questione. xxxix.

345 ¶ Odia sunt restringenda et non trahenda ad consequentiam etiam in casu ubi est eadem ratio iuxta. l. qd non ratione. ff. de leg. et non per glo. in aut. quas actiones. C. de sacrosanctis ecclesijs. pro quo. l. precipimus. in fi. C. de appella.

¶ In odiosis non fit extensio: sed semper interpretationes et extensiones fieri debent ut ius commune non ledatur quantum fieri potest et quod ad ius commune reducantur. l. ex facto. ff. de vulga.

¶ Juramentum non transit in heredem quo ad periculum ale: ut notat Inno. et Hostien. in. c. veritatis. extra de iureiuran.

Hic d' dispē
satione iura
menti. vide
hoc in. ce.
xxxiiij. consi
liorum meo
rum Guido.

346 ¶ Hen. de bouenco in sua repeti. aut. sacra puerum. C. si aduersus ve. in. §. superest videre de ca finali et. et si. scdo dicit loquitur ibidem de alienatione fundi dotalis et dicit quod in tali alienatione potest super iuramento dispensari aliquibus concurrentibus doli presumpti coniecturis. Et in versi. v. dicit et. ibi puto tamen dicit ipse de bouenco odio donatarij donationem sibi fieri instigatis et promouentis si vere vel ex probabilibus coniecturis dicta provocatio vel instigatio probaretur quod deberet super iuramento dispensari. no. etiam pe. ia. in ti. de condi. ex lege et si. quando.

¶ An heres iuratis debeat petere dispensationem iuramenti: dicit quod non quia dispensatio petitur et fit propter periculum ale: sed in heredem iuratis non transit iuramentum quo ad periculum ale: ut notat Inno. et Hostien. in. d. c. veritatis. de iureiur. igitur et. De materia dispensationis iuramenti plene scripsi in decisionibus curie parliamenti/ qone. cxl. et qone. cxvii.

¶ De dispensatione iuramenti et quando et quantum sit dispensandum ponit Henr. de bouenco in aut. sacramenta. in sua repetitione in causa finali.

¶ Licet dictum. c. cum contingat. non dicat contractum confirmari: sed tamen modo dicat iuramentum seruandum tamen dominus de Bouenco in dicta sua repetitione aut. sacramenta. tenet quod contractus iuramento confirmatur etiam iure canonico. Et ex tali contractu iurato oritur actio contra iurantem et eius heredes argumento. in. l. non postea. §. si. et. l. ait propter §. si. cum. l. seq. ff. de iureiurando.

347 ¶ Mulier etiam soluto matrimonio potest agere ad reuocationem alienationis rei dotalis per eam facte constante matrimonio. in auten. ut imo. ante nup. donationes. coll. v.

¶ In contractibus inspiciendis est tempus contractus. l. non omne. §. i. ff. de regu. iuris. l. si filius. in principio. ff. de verborum obligationibus. et. l. fina. ff. de stipu. seruo. et vide plene per Henr. boyz in. c. dudum. extra de electio. in. ij. distinctione.

¶ Actus iudicatur validus vel invalidus iuxta tempus in quo eius effectus confertur. l. quod sponse. ff. de donatio. ante nup. l. in tempus. ff. de heredi. insti.

348 ¶ Disceditur a propria significatione verborum: ut mens contrahentis seruetur. l. iij. C. de libe. preteritis / vel exheredatis. et. l. sed et si lege. §. de eo. ff. de petitionibus hereditatum.

¶ In his que sunt magni preiudicij non statuitur relationi notarij. no.

tarū. no. glo. in. c. quoniā cōtra falsam. de probationibus.

349 **¶** Appellatio non impedit taxationem expensarum neq; fructuuz: imo potest iudex a quo taxare non obstante appellatione: quia taxatio non est noua condēnatio sed priorū dū taxat declaratio que declaratio fieri potest non obstante appellatione argumento. l. heredes palā. §. sed si notā. ff. de heredi. instituc. Et ista est decisio Rote. in titulo de appellationibus. et ad hoc faciunt bene notata per Inno. et Joan. and. in. c. sollicitudinem. extra de appella.

¶ Et ex proxime dictis attēde et nota q; iudex a quo pōt suā sniam declarare: non obstante q; ab ipsa fuerit appellatum.

350 **¶** In quinq; casibus res immobiles ecclesie possunt alienari. primo ex causa necessitatis quando debitum urget. x. questione. ij. hoc ius porrectū. Secōdo causa pietatis pro captiuis redimendis/ vlt' alimentis pauperū tēpore famis. xij. questione. ij. aurū. et c. gloria. xvj. q. i. quoniam quicquid. Tertio causa vtilitatis. xij. q. ij. sine exceptione. Quarto causa eq̄tatis et ista de causa possunt cōcedi in perpetuū in emphiteosim terre ille que arabiles facte sunt. in capi. ad aures. extra de reb; ecclesie non alienandis. Quinto causa incōmoditatis vel minoris vtilitatis. xij. q. ij. terrulas. vel damni vitationis. vt in rebus que seruando seruari non possunt ipsos casus ponit Joannes in capitu. in summa. xij. q. ij. et Henri. boyz in capi. nulli liceat. de rebus ecclesie non alienandis. de hac materia tetigi in decisionibus curie parlamenti. qōne. cxlix.

¶ Si sit dānum enorme ecclesia recuperat rem alienatam soluto tamen pretio et fructibus pro labore retētis textus optimus in capitulo ad nostram. de rebus ecclesie nō alienādis.

¶ Actus agentium et eorum intentionem colligimus ab effectu argumento in. l. reprehēdenda. C. de institu. et substitu. et in. l. cum hi. §. si. ff. de transac.

351 **¶** Ex quo consensus capituli affuit et credebant vtiliter contrahere/ valet cōtractus licet ecclesia sit decepta. in capitulo cum dilecti. extra de emptione et venditione. Sed potest restitui si lesa sit ecclesia enormiter. in capitulo primo de in integrum restitutione. Sed si decepta esset vltra dimidium iusti pretij subueniretur ei iure communi. iuxta. l. ij. C. de rescin. ven. et in dicto. c. cum dilecti.

¶ Quando quis in integrum restituitur neuter debet remanere in damno. l. i. C. de reputa. et l. si minor. §. restitutio. ff. de minoribus: et ponit glossa in dicto capitulo ad nostrā. de rebus eccle. non alienandis.

¶ Quando dubium est de contractu standuz est scripture. l. i. §. si is qui nauem. ff. de exercitoria actione.

¶ Quod quis concessit tanq; canonicus potest postea renouare tanq; episcopus. etiam si iurauerit. duodecima questione secunda. capitu. non liceat: quia quasi ante additam hereditatem concessit. ff. quorum legatoruz. l. i. §. quod ait pretor. lo. ij. Nam quedam facit aliquis tanq; alius de electio. q; si

d ij cut. l. i.

Singularia Guidonis Pape.

De aliena-
tione facta
p regem Un-
garie.

cut. l. si pater. §. qui duos. ff. de adopt.
352 ¶ De alienationibus factis per regem Ungarie in preiudicium regni sui et contra regis honorem et que iuravit non reuocare et hoc non obstante potest reuocare. in capi. intellecto. extra de iureiurando.

¶ Ille idem qui iuravit non reuocare alienata potest reuocare. et tenetur ex debito officij sibi commisi et iuramenti prius prestiti ita ponit glo. in dicto. c. intellecto.

¶ Ubi procurator fisci vendiderit aliquam rem alienam propter debitum non solutum et venditio non fuerit sollemniter facta circa subastationes: et facta fuerit nimis exiguo pretio et venditio quancumque retractatur restituito pretio in. l. si. C. si aduersus fiscum. tamen ibi nihil dicitur de fructibus.

¶ Que sollemnitates requirantur quando venditur res priuati pro debito fisci. notatur in. l. si quos. C. de rescin. vendi. de hoc etiam tetigi in decisio. cur. parla. qone. cxlix.

Vide i. cxvij.
consiliorum
meorum Gui-
do.

353 ¶ Imperator potest legitimare etiam natum ex damnato coitu: dummodo imperator dicat non obstante autentica ex complexu. C. de incestis nuptijs. ita ibi dicit Salicetus de legitimatione quam potest papa facere. vide in. c. per venerabile. extra qui filij sunt legitimi.

De inuenta-
rio.

¶ Tempus conficiendi inuentarium de quo in. l. sancimus. C. de iure deliberaudi non currit pupillo cum tutor possit conficere durante pupillari etate. in auten. de heredibus et falcidia. §. pupillus. colla. j.

354 ¶ Appellatione heredis continentur etiam sui heredes licet ab hereditate abstineant. l. cum quasi. §. sed et si quis. ff. de fideicommiss. libertati. et. l. si ex modica. §. finali. ff. de bonis libertorum. Et heres institutus qui potest adire et non vult facit cessare conditionem. vt tenet glo. in dicto. §. si.

Citatio.

¶ De citatione si sufficiat fieri ad domum et quando sufficiat et quando non. vide plene Innocentium. extra de eo qui mittitur in possessionem causa rei seruande. in. c. si aduersarius.

355 ¶ Sub verbis de proprio corpore procreatis. non comprehenduntur nepotes: quia dicto/de: signat causam siue processionem immediatam. l. prima. §. nunc videamus. ff. de coniungen. cum emancipat. liberis. ibi. hoc enim de bonis aui et. facit. l. eo tempore. §. fina. in fi. ff. de peculio. verba etiam suo et proprio corpore et. alienum corpus secludunt. argumento in. l. cum sue. ff. de legatis. iij. et. l. quintus. §. argeto. ff. de auro et argento legatis. facit. l. pater. §. quindecim. ff. de legatis iij. et. l. si fuerit. §. fina. eodem titulo. preterea non aliter a significatione verborum recedi oportet quam cum manifestum est aliud censisse testatorem. l. non aliter. ff. de legatis. iij. preterea per illa verba monasterium quod tamen habetur loco libertorum secluditur vt ponunt legiste in autenti. nisi rogati. C. ad trebellianum. et ibi Salicetus et canoniste in. c. in presentia. de probationibus. et in. c. Raynutius. et ibi Henricus boyz de testa. Et premissa vera ex stricta significatione dictorum verborum sed largo sumpto vocabulo sub illis verbis comprehenduntur

comprehenduntur nepotes: ex filio premortuo: quia nepos mortuo patre incipit tenere primum gradum suitatis: respectu an. l. gallus. §. nunc de lege uelleia. ff. de liberis et posthumis. et ita tenet Bartolus in. l. liberorum. ff. de uerborum significatio. ibi. quero si in aliqua dispositione fit mentio de filiis ex se natis et. utrum comprehendantur nepotes allegat l. lucius. la. ij. ff. de heredibus instituendis. et Baldus. in. l. j. C. de conditionibus insertis. ibi. quero an nepos ex filia dicatur ex suo corpore natus. et dicit sic: quia in nepote est sanguis continuatus unde immediate dicitur quicquid per rerum naturam continuatiue est unum et idem. ut. l. cum acutissimi. C. de fidei commissis

De hac materia plenius scripsi in decisionibus parlamēti/ questione. ccclij.

356 ¶ De iure civili a sententia super simplici possessorio lata non appellatur per. l. primam. C. si de momentanea possessione fuerit appellatum. Et intelligitur de quolibet possessorio nisi per illud preiudicium generaretur in petitorio: quia tunc posset appellari: ut quando agitur lege si quis in tantam. C. unde vi. et ista est communis sententia glo. et docto. Butri. Barto. Bald. Saliceti et Cyni quibus glo. aliter sentire uideatur in capitulo. cum ad sedem. de restitutione spoliatorum. quod non habeat locum in restitutorio. Sed limitatur quando intentatur. lege si quis in tantam. vel aliud possessorium ubi tangitur petitorium. fm Cynum et Henricum boyz. nam ubi cumque in possessorio est necesse deducere petitorium sicut est de itinere actus priuato. et in interdictis que de locis sacris vel religiosis inferuntur que quasi proprietatis causam continent: ueluti de mortuo inferendo: sepulchro edificando et sic de alijs. de quibus habetur. in lege secunda. in principio et §. quedam. iuncta lege tertia. §. ait pretor. et §. fieri autem potest. ff. de itinere actus priuato. Nam si quis pretendat habere seruitutem eundi et accedendi per iter priuatum pretor uetat. vim fieri quominus ita utatur ut usus fuit nec inquit pretor habeat iure seruitutem impositam uel ne. Sed an. illo anno usus fuerit: sed si uoluerit reficere dictum iter hoc sibi non licebit/ nisi ostendat se habere ius seruitutis: ut dicto. §. fieri autem. Unde quando mistum est possessorium non habet locum dicta lex. ut tenet Cyn. in eadem. l. j. si de mo. posses. fue. appellatum. quem sequitur Hostien. in dicto capitulo. cum ad sedem. et Baldus idem uidetur sentire in eadem lege. ibi cum dicit: et maxime in possessione beneficij: quia ibi oportet allegare titulum: ut in capitulo primo de regulis iuris. unde illud possessorium fundatur in iure et non sufficeret exercitium aliquorum actuum: et ideo mistum est possessorium.

¶ Sententia super momentanea possessione est diffinitina: ut plane per Salice. in. l. post sententiam in prin. C. de senten. et interlocutio. omnium iudicum.

¶ De iure aut canonico potest a possessorio appellari per dictum. c. d. iij. cum ad sedem

De intellectu. l. j. C. si de mo. pos. fuerit appellata.

Singularia Guidonis Pape.

cum ad sedem eꝝ de restitu. spo. & de testibꝰ. c. significauerit. in. cle. j. de sequestra. ij. questione. vij. ca. de possessione. & ista est cōmunis opinio canonistarum licet Archidia. cōtra. sed glo. Inno. Host. Joan. an. in add. spec. de appel. Bar. & communiter omnes tenent qꝫ a possessorio de iure canonico appellatur & vide in dicta cle.

¶ Que est rō quare de iure civili non appellatur a sententia super possessorio lata. Hen. boyz dicit qꝫ iura nolunt qꝫ lites protrahantur: sed abbrevientur. Bal. dicit ne partes veniant ad arma. Bar. dicit qꝫ l. non dicit vt nō appellet: sed qꝫ nō obstāte appellatione sententia exequat. Alia rō est qꝫ postea pleniꝰ oīa tractari poterūt in causa petitorij qꝫ post se expectat.

¶ Negatiua que est indeterminata probatur eo ipso qꝫ pꝫtrariū nō probat: vt ponit glos. in. l. ij. & ibi Ja. de but. C. de erro. aduo. facit. l. sup. seruus. C. qui mili. nō possunt.

357 **¶** Si quis veniat ad defensionē cause alterius pōt talis defensor cōdemnari. Pet. ia. in titulo de cōstituta pecunia libellus ibi si autē predictus titius venisset ad defensionē &c.

¶ Procurator iurat in animā sui magistri. pe. ia. vbi. supra.

¶ Formam degradationis clerici allegant presbyteri aut epi. ponit Specu. in titu. de accusatore in. §. primo.

hic de defē
fore cause.

358 **¶** Si nō appelletur viua voce tpe late sententie pōt eodem die viua voce appellari dūmodo reperia. iudex in figura iudicij. ff. de appella. l. ij. & l. a sententia. §. si ita dicit pe. ia. in titulo de cōstituta pecunia libellus vbi materiā appellationis.

¶ Debet appellari corā iudice a quo / si eiꝰ copia habeat in publico: al' corā iudice ad quē appellat / si eius copia haberi possit: alias nō valet appellatio. ff. quādo appellandū sit. l. j. §. dies. & §. si quis ipsum. ita dicit Pet. ia. vbi supra.

¶ Ubi appellat ab epi in tporalibus appellat ad archiepꝫ tenet. Specula. in tit. de appel. §. nūc tractemꝰ. Nō illud autē.

¶ Sed si nō possit haberi copia iudicis a quo / neqꝫ iudicis ad quē / dico qꝫ debet & sufficit appellari corā autētica psona. iuxta cle. licet causam de elec.

¶ Decem dies qui dātur ad appellandū cōputant a die sciētie. vt dicit pe. ia. vbi supra nisi fuerit lata in presentia procuratoris condēnati: qꝫ tūc illi. x. dies cōputantur a die sententie late. Cy. in aut. hodie. C. de appella. vide de hoc supra in §. si procurator meus. vbi vide intellectum.

¶ Si quis non possit appellare nisi restitutione in integrū obtenta: tunc a die sententie late super in integrū restitutione computantur illi decem dies qui dantur ad appellandū: vt dicit pe. ia. vbi supra. idem dicit ipse in. xxx. diebus qui dātur ad appoostolos petendos.

¶ Recte dicit appellans in sua appellatione sententiam nullam quia sentētia potest esse nulla & ab ea appellari licet improprie. ff. de iure patro. l. si. & de appella. l. si. expressim. Et tñ licet illud non esset dictum in appellatione / nihilominus iudex appellationis potest incidenter de nullitate cognoscere: vt ibi & C. quando prouo. non est necesse. l. j.

Infra d ma
teria appel
lationis vi
de etiam. §.
Ang. cxliij.

¶ Iudex

¶ Iudex a quo nō debet reputare ad iniuriā si appellās dicat in sua appellatione sententiā iniquā: qz illa verba de cōsuetudine nō importāt iniuriā: vt dicit pe. ia. vbi supra de cōstitū. pecu. secus credit ipse pe. ia. si appellans diceret sententiā latam fuisse per pecuniā z sic de similibus iniurijs: qz tūc si illud nō probetur in causa appellationis: scilicet corruptio predicta forte iudex posset agere actione iniuriarū: nō tamē aget añ sniam in causa appellatione. latā vel appela. desertam.

¶ pe. ia. vbi supra de cōstitū. pecu. in. versū. Item recte dicitur ad dñm locūtenētē. zc. dicit qz si per errorē appelletur omissio medio ad superiorē appellatio nō est deserta: sed debet remitti ad iudicē mediatus q de illa cognoscat p. l. imperatores. in prin. ff. de appella. si autē per errorē appellaret ad minores iudicē vel ad parē tunc nō valeret appellatio: vt. ff. de appellatione. l. j. §. penul. ista sunt verba sua effectualiter: sed quid si nō per errorē appellet ad superiorē / omissio medio / an valeat appellatio: credo q nō a contrario sensu.

¶ Sufficit dicere appello: siue appellet in scriptis siue viua voce: nec est necesse nominare iudicē ad quem appellat: ita dicit pet. ia. in eo. tit. de cōstitū. pecu. in versū. Item tacito de nomine zc. facit. l. ij. ff. de appellatione. vbi si appelletur viua voce sufficit dicere appello.

¶ Sufficit de iure petere apostolos infra. xxx. dies a die late sententie in. l. iudicibus. C. de appellatione. sed statuta Delphi. illud tempus abbreviāt. Et si non petatur infra illud tempus appellatio est deserta. l. quoniam. in fine. C. eodem titu.

359 **¶** Verbum sepius presupponit verbū sepe suū positum. Et sepe ad minus importat duas vices z sepius ad minus importat tres vices. ista sunt verba pe. ia. vbi supra.

¶ Verba geminata aliquid plus denotant. argumēto. C. de veteranis. l. j. libro. xij. ibi. cum dicit magis magis.

¶ pe. ia. eodem titu. de cōstitū. pecu. circa fi. ibi: item si iudici videatur zc. dicit qz prohibetur appellare ille qui fecit pactum de nō appellando vel qui lata sententia renūtiavit iuri appellandi z ille qui est verus contumax. Et quis dicatur verus vel fictus cōtumax ibi plene tractat ipse pe. ia.

¶ pe. ia. ia. vbi supra dicit qz de consuetudine creditur nūtio dicenti se citasse sicut etiā creditur de cōsuetudine curato dicenti se citasse eius parochianū. sed admittitur probatio in contrariū etiā p iuramentū considerata qualitate personarū seruientium z citati z pensata qualitate negotij. Sed non creditur tali nuntio si dicat se verberatum / vel iniuriatum per citandum. ita dicit ipse.

360 **¶** Qualiter impeditur appellare debeat restitui in integrū ad decem dies: qui dantur ad appellandum. plene ibi ponit pe. ia. in ti. preallegato. in. §. sed infra qd tempus zc.

¶ Utrum erit licitum illi qui obtinuit principale appellare ab omissione condēnationis expensarum ibi dicit pet. ia. in titu. de cōstitū. pecu. libellus. qz sic vide ibi plene in. §. sed nūquid victori zc.

• ♡ pe. ia. dicit

De ap'is in
appel.

De appella
tione.

Singularia Guidonis Pape.

C Pet. ia. dicit sequentia in titulo in causa appellationis libellus. qui titulus est in continenti post dictum titulum de constituta pecunia.

C Dicit pe. ia. vbi supra. in d. sicu. itē est notandum ꝛc. qd si iudex cause principalis ex minus sufficienti causa motus tulit sententiā iudex cause appellationis / nihilominus alia bona sufficienti causa motus ex eisdē actis poterit eandē sententiā confirmare. allegat. ff. qd cum eo. l. si.

C Eo ipso qd iudex pronūtiat bene vel male appellatū videtur absoluerē vel cōdemnare illum quē prior iudex absoluerat vel cōdemnauerat. vt dicit pe. ia. vbi supra.

C Hen. boyz in. c. finez. de dolo ꝛ contu. tenet qd in causa appellationis victus victori debet in expensis cōdemnari ꝛ reprobatur glos. in. l. generaliter. C. de re. cre. ꝛ iureiurā. ꝛ allegat Inno. in dicto. c. finē. ꝛ Specu. in ti. de expēsis. ꝛ Cy. ꝛ pe. in dicta. l. generaliter. de hac materia qualiter fieri debeat cōdemnatio expensarū in causa appellationis plene scripsi in decisionibus parlamenti questione. cxxxvij.

C Si iudex appellationū p̄fert simpliciter suā sententiā q̄ transiit in rem iudicatā ꝛ nullam mentionem fecerit de nullitate prime sententię. ꝛ exequatur sententiā iudicis appellationū: an pars poterit opponere de nullitate prime sententię. vide pet. ia. qui plene hanc materiā tractat in dicto titulo de libello in causa appellationis. ibi: potest legista cōcludere ꝛc.

C Superior videlicet iudex appellationū non potest de nullitate sententię principaliter cognoscere nisi causa p̄ appellationē fuerit ad eū deuoluta s̄m Innocē. in. c. dilecto. de appella. vt refert ꝛ tenet pe. ia. in titu. de cōsti. pecu. in fi. super forma nullitatis sententię. ibi: itē recte pronūtiat appellationē ꝛc.

C Iudex appellationū nō exequitur sententiā s̄ iudex a quo. pe. iac. vbi supra. ibi: sed an iudex appel.

C Nota qd nedū ille idē qui sententiā ptulit pōt de nullitate sententię cognoscere ꝛ corā eo agi imo ꝛ superior. qd est verū de superiore qd pōt de nullitate cognoscere nedū incidenter: imo ꝛ principaliter qm̄ negotiū ad superiorem est p̄ appellationē deuolutū non abs. vt not. p̄ Inno. in. c. dilecto. extra de appella. tunc iudex superior ferret alio modo sententiā iuxta libellum pronūtiando: ꝛ declarando sententiā in causa principali per iudicē mōtis pessulani latā esse nullā: nec eam esse aliquatenus executioni demandandam. Sed est notandum qd in predictis duabus sententijs iudex ille superior forte de iure potest immiscere ꝛ iudicare super principali scilicet sup̄ decem libris si processus fuerit rite habitus coram eo ꝛ si liquidum sibi fuerit ex actis predictis decem libras deberi vel non deberi. ꝛ si etiam requisitus fuerit super illis decem libris sententiā ferre ꝛ valebūt tales sententię quia nō est prohibitū. Et qd ad offm̄ iudicis ptinet lites dirimere. ꝛ facit. ff. de iudi. l. de qua re. ꝛ de execu. rei iud. l. si a te. §. i. Et hoc pōt colligi. C. de accu. l. si accusatorib⁹. in gl. sup̄ verbo eūdē. ꝛ. l. absentis. in fi. ista sunt v̄ba. pe. ia. i dicto libello / in cā appellationis libellus

Hic q̄r fiat
cōdemnatio ex
pensarū in cā
appellatio.

Scripsi etiā
i. singu. dec.
lxiii.

Quis cognoscat
de nullitate.

libellus. ibi: et not. q. nedum ille idē qui sententiā et idē tenet ipse pe. ia. in titulo de condit. ex lege que oritur ex literarū obligatione. circa finē. ibi: itē est notandū q. si iudex superior proximus ad quē appellat et. Et ita seruant iudices appellationum vt vidi.

Et istud facit pro causa mea quā habeo cōtradictōem Germanū videlicet q. iudex burū ad quē dictus dñs German⁹ recurrebat petendo q. ipse iudex faceret estimari bona sua de pignore capta ad instātiā bastardi valeñ. et ibi inquātata et pl⁹ offerenti librata. Qd ipse iudex etiā potuit cognoscere de facto principali vtz cōcedere literas missionis in possessione dictorum bonorum inquātatorum estima pborū cū hoc peteretur et cōstaret ex actis de inquātatibus et libratis.

De materia appellationū fm Petrū iaco. vide que plene dixi. i. in §. qñ in iure loquimur de sentētia et. et in. xxxij. §. ibi sequētib⁹. vbi sunt multa singularia.

Casus in quib⁹ iudex potest supplere de facto ponit Specula. in titu. de disputatione aduocatorum. in §. fi.

361 **E**xecutor testamētarius ad exequendū fore facta videtur etiā executor ad exequendū et solui faciendū debita testatoris quorum solutiones erant effluxu tēpore mortis testatoris. ita tenet Speculator in titu. de instrumētorum editione. in §. nūc vero aliqua. et si. de hoc aut queritur et. Et ibi dicit q. retinēdo debitū post terminū solutionis in nō soluēdo termino statuto fit iniuria creditori. qd facit pro bullis executor priuilegiarum monasterij Cluniacēsis et aliorū monasteriorū: qui vigore suorū priuilegiarū trahunt debitores suos coram cōseruatorib⁹ suorum priuilegiarū pretextu verborū generalium suarū bullarū. ibi iniuriantes et. De hoc etiā tetigi in decisionibus curie parlamenti questione. xvij.

Si testes sunt arbitratorie recepti et publicati nisi iter partes fuerit aliud actū tales attestaciones pbant corā ordinario iudice nisi aduersarius petat repeti salua tamē exceptioe in personas: vt. l. penul. C. de arbi.

Pena calumnie est similitudo supplicij in his que habent penā ordinariā. ita tenet glo. quam sequitur Barto. in. l. i. §. i. ff. ad turpil.

362 **N**edum calumniose accusantes incidunt in penam turpilianā: sed etiā supponentes accusatores et pariter instigantes seu instigatores vt dicta. l. i. §. incidit in hoc senatusconsultum: et qui accusatorem submittit / aut qui instigat / aut qui mandat alicui et instruit eū ad accusationē capitalem / dando probationes / allegando accusationes et. ff. ad turpilianum. Ad hoc etiam bene facit. l. in senatusconsultum. §. an ad eos qui hodie de publicis iudicijs cognoscunt. dicit glo. idest cognosci postulant senatusconsultum pertineat querit. ff. eodē titu. Et dicit ibi tex. q. sic. et ideo concludit ibi Bar. per dictū tex. q. instigator tenetur pena turpilianā.

Et dicitur instigator qui parat accusatori probationes: vt dicta. l. senatus. in principio.

De pena

De hoc etiā scripsi i. lxxxij. cōsil. me. Guido.

Et. i. singu. cccxxxij. et. i. sin. dcccxlj.

De actis corā arbitris.

Singularia Guidonis Pape.

363 **¶** De pena falsi testis mendaciū deponētis reperit scriptū Deuteronomij. xix. Si steterit testis mendax contra hominē accusans eū preuaricationis stabūt ambo quorū cā est ante dominū in conspectu sacerdotū et iudicū qui fuerint in dieb⁹ illis. Cūq; diligētissime pserutātes inuenerint falsum testē dixisse contra fratrem suum mēdacium reddent ei sicut fratri suo facere cogitauerat: et auferes malū de medio tui. De hac materia plenius scripsi in decisionibus curie varia. q̄stione. xliij. **¶** Qd̄ dicit de famoso libello idē de alia scriptura famosa. l. lex cornelia. §. si quis librum. et l. item apud labeonē. §. generaliter. ff. de iniurijs. et ita t3 Salycetus in l. vnica. C. de famosis libellis. et est pena capitalis de qua ibi loquitur similitudo supplicij. vt intelligit ibidē glo. et Salycetus.

364 **¶** Qñ testator substituit heredes alicuius nō intelligit nisi de herede existēte in primo gradu tpe q̄ euenit substitutio. in l. qui liberis. et l. sed et si plures. in prin. ff. de vulgari. ponit glo. in l. qui per successionem. ff. de regu. iur. vide. l. antiquitas. C. de usufructu.

De spurio,

365 **¶** Licet iure ciuili natus ex viro cōiugato et muliere soluta nō dicatur ex damnato coitu sic q̄ in eo locū non habeat autentica. ex cōplexu. C. de incestis nuptijs. fm q̄ ibi t3 Salycetus per glossam in l. prima. C. de adulterijs de iure tñ canonico est exp̄sse decisum. in. c. tanta est. extra q̄ filij sint legitimi. q̄ talis est spurius et sic ab hereditate paterna repellēd⁹. iuxta dictam autenticam. ex complexu. et auten. licet. in fine. C. de natu. liberis.

¶ Alij naturales de quibus in dicta auten. licet. C. de natu. liberis. non possunt institui nisi in vna vncia de duodecim vncijs. vt in aut. de triēte et semisse. §. consideremus. vnde sumitur dicta aut. licet. col. iij.

¶ De legitimatione facta a papa supra scripsi in. §. legitimatus a papa et c.

¶ Legitimatio est q̄dā spēz restitutionis in aut. c̄bus modis natu. efficiantur legitimi. §. si q̄s ergo. et §. licebit. col. vij.

Vide infra
sing. dcccxlv

¶ Restitutus nō recuperat locum per alium occupatū. l. j. ff. de decurio. l. si sine. §. sed quid. ff. de minoribus.

366 **¶** Pacifice dicitur possidere qui possessionem sine controversia iuris vel facti iudiciali vel extraiudiciali habet. ita dicit pau. de leazaris i dem. gratie. de rescript. facit. C. de adq̄renda possessione. l. nemo. Et vide que dixi infra in. §. qui patitur et c.

¶ Possessor non debet remoueri a sua possessione etiam in beneficialibus licet possessio sit vitiosa sine cause cognitione ex quo titulo possidet licet iniusto. Ita dicit Archidiaconus in. c. licet episcopus. de prebendis. lib. vij. facit. c. cum nostris. extra de conces. preben. in antiquis hinc est q̄ usufructuarius usufructu finito non potest a quasi possessione expelli: immo contra eum agi oportet in. l. prima. ff. usufructuarius quem admodum ca. ista sunt verba Archidia. vbi supra.

367 **¶** Prius de violenta eiectione q̄ canonica institutione agi debet

dy in. c. in literis. de restitutione spoliatorum. quia predo etiā secūdu rigorem iuris est restituendus. vnde ille qui non habet canonicā institutionem restituitur. in. c. cum super. et ibi textus de causa possessionis et proprietatis.

¶ Qui patitur cōtrouersiam in iudicio non dicitur pacifice possidere. glo. in. c. commissa. de electionibus. glo. super verbo: pacificam: ibi quid si postq̄ nactus est possessionem mota est sibi cōtrouersia. dicit Uy. q̄ si in continenti in ipsa possessione lis sibi mouetur et in possessorio continue turbatur promoueri non tenetur quia que incontinenti fiunt etc. Et nō videtur pacifice fuisse que nō durauit. et litis euentus dubius est. l. quod debetur de peculio. ita dicit ibi glos. et Archidiaconus. dicit sic. tñ si in ipsa inuestitura et possessionis apprehensione incōtinenti moueatur q̄stio super ipso beneficio nō videtur habere possessionē pacificam. ar. C. de euic. l. post perfectaz.

¶ Ille qui litigat etiā super petitorio in beneficalibus etiā nō dicitur pacificus possessor. patet quia si ipse possideret pacifice ipse prescriberet quod tñ nō facit quū per simplices citationē p̄scriptio interrumpat. l. si. ff. de eo p̄ quem factus est. et in glo. l. sicut. C. de p̄scriptione. xxx. annorum.

368 ¶ Per assecutionē secūdi beneficii pacificā de facto et si nō de iure vacāt priora beneficia. in. c. si quis translatus. xxij. q. ij. ita tenent etiā Inno. et Hostien. vt refert Jo. an. in. c. constitutis. de appella. ibi tamen ponit Jo. and. quādam modificationem Hen. boyz in. cap. de multa. extra de preben. facta narratione dictarū opinionū Inno. et Hostien. ibi quod verū etiā si promissio sibi facta de sc̄do iure non teneat s̄m Inno. in dicto. c. de multa. quod intellige fore verum si h̄mōi recipiens hoc sciat vel ignoret ignorantia iuris: vt not. Jo. an. in dicto capitulo. eū q̄. super verbo Sciēter. de prebē. li. vj.

369 ¶ Delegatus a principe potest sententiā suā executioni demandare nisi specialiter princeps sibi executionē sentētie reseruauerit per. c. significasti. et c. in literis. et c. pastoralis. §. quia extra. de offi. delega. Dum tamē a tēpore sentētie infra annū eam mādēt executioni. in. c. querentiū. extra de offi. dele. ita tenet Bar. quidquid dicat glo. in. l. a diuo pio. ff. de re iudicata. et p̄ hoc allegat textū in. l. vltima. C. de iudi.

¶ Sed quid de delegato ab ordinario an possit eius sententiā mandare executioni. Lauren. Vincen. Goffre. Philipus bona guida. et Hostien. in. c. si quis contra clericum de foro cōpet. et Inno. in. c. significasti. de offi. dele. et in. c. innotuit. de arbitris. et Basianus et Lauren. in. ca. quisquis. ij. q. vj. tenetur q̄ talis delegatus ab ordinario non potest exequi. per. l. a diuo pio. ff. de re iudi. idem Petrus de samp. et abbas in. c. significasti. de offi. dele. qui notant quatuor sp̄alia in delegato principis q̄ non sunt in delegato ordinarij inter q̄ est q̄ in delegato nō pōt sn̄iam suā exequi: licet delegatus a principe sit. Et q̄ nō possit delegatus ab ordinario exequi suam sententiā tenet Spe. in titulo de offi. delega. §. si. in fin. et in titulo de executione. sentētie. §. ij. in principio. in contrarium

De possessione pacifica videat. Jcl. ij. consiliorū meorum.

De materia beneficali. vide de. j. sin. dcc lxxxj. §. curis tēporali.

Singularia Guidonis Pape.

¶ delegatus ab ordinario non possit sententiā suam exequi tenet Goffre. in. c. ex literis. extra de offic. delega. et Inno. in. c. cum ab ecclesiarū. de offi. ordinarij. et ibi in glo. fina. et Joā. and. et Bernardus. et Jo. an. idem tenēt in dicto. c. si quis contra. et Archidia. in. c. quisquis. ij. questione. vij. et Henricus boyz in. c. significasti. de officio delegati. tali ratione. nā executio sententie et missio in possessionē sunt delegabilia sicut alia q̄ sunt meri et mixti imperij. de officio ordinarij. q̄ sedē. vbi no. hoc glo. Sed ordinarius cōmittendo vices suas simpliciter censetur etiā executionem cōmisisse nisi eam specialiter sibi reseruauerit. c. si delegatus §. finali. ff. de officio delegati. in. vj. et quia contra eum talis interpretatio est fienda q̄ in totū cōmiserit cū apertius poterit legē dicere in regula cōtra euz cū suis concordantys. lib. vj. et ista est vera opinio s̄m Henricum boyz vbi supra. de hac materia etiam scripsi in decisionibus curie parlamenti. questione.

**Si sufficiat
citare pcur.**

370 ¶ Citatio et p̄cessus incipere possunt in personā p̄curatoris. l. eū q̄ res. C. de p̄curatoribus. et l. quis. ff. de damno infecto. facit. l. j. sufficit. ff. de administra. tutor. et bene probat textus in. c. j. de p̄curatori. in clemen. Et istud est indubitatum quando procurator nō contradicit assumere onus defensionis cause. vbi autem nollet assumere onus nec comparere in causa tunc bene reuocatur in dubium per docto. si in contumaciam dicti procuratoris poterit procedi ad vltiora veluti ad primū et secundū decretū et an sufficiat fieri primam citationē in procuratoris. et est cōmunis opinio q̄ sic quantum ad missionem ex primo decreto per iura predicta. et ita tenent expresse Bar. et Bal. in dicta. l. eū qui. vbi sic formaliter dicit Baldus. Veritas est q̄ si constat de mandato et procurator acceptauit mandatum q̄ prima citatio potest incipere a procuratore vt hic maxime absente domino. vt. ff. de administratione tutorum. l. solēt. et ibi per Jacobum de are. idem tenet etiam Bartolus in dicta. l. quis. respectu primū decreti. Canoniste etiā videlz Bernardus Hostiensis et Abbas in absente idē tenēt. in. c. cū olim. extra de dolo et cōtumacia. De materia citationis tetigi in deci. cur. parla. qōne. cccxlv.

**De medicā-
tibus.**

371 ¶ Scdm cōmunem doctrinā doctorū quidquid sit de alijs mendicantibus bona ingredientis ordinē fratrum minoruz medicantiuz / non facta dispositione de bonis suis / dicta bona transeunt et deuoluuntur ad venientes ab intestato: nec pprie dicuntur bona vacantia postq̄ sunt p̄fessi s̄ vocat hereditas iacēs eo genere vacatiōis quo p̄ mortē naturalē que veniētibus ab intestato defertur. vt est textus exp̄llus eē de verborū significatione. in. cap. exit qui seminat. §. ad hec quia cū. §. sequēti. lib. vj. et in cle. exiui de paradiso. §. ceterū. n. nos aut. et §. et quia igitur eē eodē in quo. §. ceterū. dicit q̄ volenti ingredi dicat q̄ vēdat omnia bona sua et studeat pauperib⁹ erogare. et sic fuit intentio beati Francisci q̄ non recipiatur nisi prius disposito de bonis suis quod si non fuerit factum transeunt bona ad venientes ab intestato: quia vnus solus
modus

**Hereditas
iacēs quid.**

modus permittitur fratribus habendi de bonis illius ingredientis si ille contulit per modum elemosyne vt ibidem. ergo alij modi prohibentur fm tenorem dictorum textuū ⁊ mētem ⁊ faciunt. l. cum pretor. ff. de iudi. ⁊. c. nonne. extra de presumptio. hoc expresse tenet sfranci. de zabarellis in dicta cle. in. §. ceterum. hoc etiam tenet Henri. boyz. in. c. in presentia. in secunda distin. de probatio. hoc vult etiā Bar. in. l. cum pater. §. hereditatem. ff. de lega. ij. ⁊ in quarto libro minoricarū ⁊ idem Bal. in aut. ingressi. C. de sacrosan. eccle. Nec obstat quod dicit Specu. in titu. de statu mona. ver. iij. quia secūdū Bald. de alio mendicante loquitur. hoc est predicatorum qz conuentus ille propriam bursam habet ad immobilia vendēdū. vt ibidē in addit. per eūdē Bal. de hac materia. minorum vide que scripsi in decisi. cur. paria. q. cccxxvij.

¶ Casus in quibus potest ad superiorem recurri ponit Pe. ia. de condi. ex lege que oritur ex literarum obligatione.

372 ¶ De concussionione et quid dicatur cōcussio vide glo. in. c. dilectus. lo. j. extra de simonia. super verbo pmissione. Est em̄ concussionio / cum q̄s minatur alicui nisi aliquid faciat vel non faciat. ⁊ h̄s locū crimē concussionis in officarijs / q̄ potentia officiorū ita faciūt. glo. in. l. iij. C. de condi. ob turpē causam.

De cōcussioe vide etia. j. sing. lcccclxxiij. §. si notarius.

¶ Dictio pro / importat conditionē vt no. plene per Bart. ff. de condi. ⁊ demon. l. titio. §. si. ⁊ ibi etiā p̄ Ja. de are. ⁊ Dy.

373 ¶ Donatio inter viuos facta vsq̄ ad quingentos aureos valet etiam sine insinuatione. l. si quis pro redemptione. §. fin. C. de dona. et vltra non valet vt habetur in eod. §. ibi: sine aliqua distinctione vsq̄ ad quingentos solidos valiturā. et expressius in. l. sancimus. in princi. eod. titu. ibi: hoc quod superfluum est tantummodo non valere reliquam vero quātitatem que intra legis terminos constituta est in suo robore perdurare ⁊c. facit ad hoc. l. donationes. C. de dona. inter vir. ⁊ vx. ⁊. l. illud circa fi. C. de sacrosan. eccle. ibi: si vero amplioris quantitatis donatio sit excepta sc̄ imperiali donatione non aliter valeat nisi in actione intimata fuerit.

¶ De materia insinuationis vide supra sing. cccclij. ⁊. j. sing. dcccclxxv. §. salicetus ⁊c. ⁊. §. queritur si pater ⁊c. ⁊. §. etiam queritur. ⁊. §. an ratione iuramenti ⁊c.

¶ Cy. in dicta. l. si quis pro redemptione. querit si possit insinuationi renuntiari per homines priuatos et tenet q̄ non: vt. ff. de adm. tuto. l. quidam. ⁊. llsemper. §. creditoris. ff. ad munic. preterea iegi prohibenti non potest renūtiari ne alia via fiat quod vna phibet. ff. de tuto. ⁊ cura. da. ab his. l. scire. ⁊. de condi. ⁊ demō. l. heres meus. §. si. cum si.

¶ De materia renunciationis. vide infra in folio sequēti. in. §. in. l. sciendum ⁊c.

¶ Quis possit sententiam interpretari. vide dis. Jo. ferrarij. in titu. de forma executionis sententie in glo. super verbo publico nūtio. circa fi. cuius gratia ⁊c.

De interpretatione iurē

¶ Circa donationē factā ob merita. vide glo. in. l. si donatione. C. de coll. q̄ dicit q̄ nō cognosceat ex verbis: s̄ ex meritis p̄cedētibus

Hic dōatio ne factā ob me

Singularia Guidonis Pape.

rita vsq; ad
S. etiā. de q̄
materia etiā
scripsi i deci
sio curie par
lamēti.

De materia
donationis
ob cam me
r. to. z de in
nuatione z si
iuramētū cō
firmeť sine i
sinuatiōe. vi
de in. xxxij.
p̄ filioꝝ meo
rum.

precedētibus qñ pater donat in peculiū vel extra peculiū q̄
sequitur Jo. de ra. vt. ff. mādati. l. si vero nō remunerandi. §.
pap. ita dicit Cy. in. d. l. si donatione.

¶ Bart. in. l. si forte. ff. de castrēsi pec. dicit sic vltimo hec. l. fa
cit in argumentū. non diximus in. l. optimā. C. de p̄trahen. z
cōmit. stip. q̄ v̄ba enūciatiua in p̄tractibus p̄bant inter easdē
partes ego dico dicit Bar. q̄ illud est verū qñ illa verba enū
ciatiua emanāt sup eo super quo ptes sunt libere renūciare z
sibi p̄iudicare: al's nō p̄sumit nisi probetur vt hic.

¶ Et p̄ hoc dico dicit Bar. in. d. l. si forte in qōne si aliquis
donauit alicui pro bonis meritis z seruitijs habitis z rece
ptis ab eo. Siquidē ista donatio fit ab eo qui possit donare
libere nullis p̄cedētibus meritis: tūc ista v̄ba enūciatiua in
ducūt p̄bationē inter easdē ptes. Sed si de necessitate requi
runtur merita nec aliter possit donare tūc illa v̄ba nō p̄barēt
merita p̄cessisse: vt hac. l. z no. C. de coll. l. si donatio. Et per
hoc dixi si in instr̄o v̄ditionis facte a capitulo cuiusdā ecclie
p̄tineat p̄cedētibus legitimis tractatibus zc. ista verba inter
easdē partes nō probant. vt hic hoc dixi vobis in. l. sciendū.
ff. de verbo. obligatio. Bar.

¶ Et ibi in dicta. l. si forte dicit sic Bar. sed contra hoc facit
C. de cōtrahē. z cō. stip. l. optimā. in ver. inter easdē personas.
probant etiā ea que nō potuerūt tūc interuenire Sol. illaz
l. intelligit glo. q̄ verba enūciatiua p̄bant inter easdem per
sonas si illa verba erant enunciativa solennitatis cui partes
possunt renūciare: al's secus exēplum fiscus minor vel eccle
sia vendit z dicit in instrumēto p̄cedētibus tractatibus zc.
nō p̄bat quia nō posset illi renūciare. l. doli exceptio. §. diuer
sum. ff. de noua. al's esset reperta via qua fraudarentur mino
res arg. ff. de transac. l. cum hi. §. si tamen lex.

¶ Et in dicta. l. si donatione. C. de colla. dicit Bar. q̄ si pater
in instrumēto dixerit: do tibi vt extraneo. propter merita illa
verba nō faciunt fidē: vt. l. castrēse. §. si forte. ff. de castrē. pecu.
Et dicit ibi glo. super verbo postulare. Si queras qual'r sciz
tur si donatur bene merito respondeo si precesserunt merita
quibus nō interueniētibus non esset donatio. Nec inspecto
eo si dixerit pater: do vt extraneo zc. ff. de castren. pecu. l. ca
strēse. z. l. si forte. in prin. nec tenet a principio nec postea con
firmatur.

374 ¶ In. l. sciendum. ff. de verbo. obliga. refert Bar. q̄ Dy. cō
suluī minor iurauit nō venire cōtra rōne minoris etatis: an
videat renūciasse beneficio in integrū restitutionis. Et videt
q̄ nō cū nō p̄sumat scire: vt hic. si nō p̄sumit scire ergo nō re
nūciauit vt. l. mater. de inoff. testamē. Et sic iuramentū nō por
rigit ad illud qd̄ quis ignorat. vt. l. si. C. de nō nume. pecu. ff. q̄
satis dare co. l. si. ad municipa. l. si. z Cy. tāgit in. l. ij. C. de re
scin. ven. p̄trari um consului dicit ibi Bart. qz ad hoc q̄ quis
p̄iudicet sibi p̄ iuramētū nō requirit q̄ sciat qz sufficit iurari
sup facto vt. l. si duo. §. idē inlian^o de iureiurando. z. l. si duo
§. si q̄s iurauerit eode tit. Ita hic sufficit q̄ iuret non venire

2tra

contra ratione minoris etatis vel alia. Et quidam docto. iuris canonici concordat cum Bar. quos ipse ibi refert: tutius tamen est q̄ ponatur in instrum̄to q̄ minor fuit certificatus de beneficio restitutionis. De hac materia in alio diuerso casu/in muliere que renūtiavit ⁊ nō fuit certiorata/an valeat renuntiatio. vide que scripsi in decisionibus curte parliamenti. q̄one. cccxxvij.

De materia renuntiationis scripsi in alio casu supra in p̄cedenti folio. §. i. Cyn^o in. d. l. xc.

375 Salicetus in. l. illud. C. de sacrosanctis eccle. dicit ex hac glo. not. duo. primo q̄ donatio facta. extra causam piam licet facta sit ob causam debet insinuari. Et pro hoc casus infra de donationibus. l. si quis in redemptionem. §. ceterum accedat. l. donatio. C. eodē titulo. ad idem infra de donationibus ante nuptias. l. si. ⁊ de iure dotiū. l. si in princip. ⁊ §. si similis modo. In contrariū videt̄ expresse glo in. l. aquilius. ff. de donationib⁹. ⁊ p̄ illa glossa facit. l. si pater. in eodē titu. Guilielmus de cugno hic dicit q̄ si causa cōcurrit cū donatione id est tante estimationis quāte est res donata q̄ tunc insinuatio non est necessaria. vt. l. in contrariū allegata cū glos. l. aquilius. Aut non currit sed excedit causam: ⁊ tūc quaten⁹ concurrat valet sine insinuatione: quatenus vero excedit nō valet. argumē. ff. de donati. inter virū ⁊ vxorē. l. quod autē. §. si vir. in aut. vt sponsa. largi. in princi. col. ix. Unū tamē subiungit q̄ causa adiecta debet probari cum alis nō credat̄. ff. de castrēsi peculio. l. si forte. ⁊ l. castrense. ⁊ ff. de probationibus. l. qui testamentū. De hoc etiā scripsi in decisionib⁹ cur. parliamenti. q. xcv. Et hec not. qz ex hoc apparet q̄ dictū Guil. intelligi debet quādo causa est respectiua vbi autē nō esset respectiua tunc insinuatio esset necessaria vt dicta. l. si q̄s in redemptione. §. ceteris. ⁊ d. l. si. C. de donatio. ante nup. que tamē hodie corrigitur vt donatio de qua ibi hodie nō insinuet̄ vt in aut. ibi posita.

Wal. in. l. illud. C. de sacrosanctis eccle. dicit sic. Quero si quis donauit fratri vel amico dicēdo q̄ donauit cā pietatis. vtrū stetur ex quo i instrum̄to ita continet̄. dicit gl. q̄ nō alis de facili posset cōmitti fraus si staret illi assertioni. ad hoc. ff. de proba. l. q̄ testamentū. j. de col. l. si donatione. de castrensi. pecu. l. si forte. j. de donationibus. l. data iam pridē. vbi videt̄ expressum. Et hoc nisi causa pietatis cōgrueret persone. qz tūc debet intelligi ad pias causas. Et si de qualitate hac dubitare^t oporteret recurrere ad iudicē qui hoc declaret. vt. l. si filio. ff. de leg. ij.

Queritur si pater donauit filio in premiū emācipationis vtrū requirat̄ insinuatio: ⁊ videtur q̄ nō quia nō est donatio simplex sed ob causam. vt. C. de collatio. l. vt liberis. in fi. Cy. hic ibi tangit. sed Spe. in tit. de donatio. §. quid si pater. dicit q̄ vsqz ad legitimā nō indiget: qz hoc est potius soluere q̄ donare. vt. l. j. j. de impo. lucra. descri. li. x. Sed. §. legitimā bene requirit̄ insinuatio fm Spe. ⁊ ista est veritas. Nec obstat

In relictis ad pias causas nō requiritur insinuatio. vt dicit Sali. in. d. l. illud.

Hic an donatio ob cāz insinuetur.

Hic si cā debeat pbari.

An in donatione ob cām emācipationis requirit̄ insinuatio.

Singularia Guidonis Pape.

¶ fit facta ob causam: nam etiam vbi in donatione apponitur modus vel causa requiritur insinuatio. ille est textus notabilis. j. de donat. l. siue preterea illa est causa motiua non necessaria. et ideo est necessaria insinuatio iuxta theoricam Guil. de cugno positam in l. si tibi. ff. si certum pet.

¶ Etiam queritur an donatio facta ob merita requirat insinuationem: et videtur quod non: vt. l. aquilius. ff. de donatio. et l. si pater. et sicut hoc cum semper dicatur in instrumentis donationum quod fiunt ob merita et seruitia nunquam erit insinuatio necessaria. in contrario videtur quia meritum presumitur. ff. pro socio. nec adiectum. Breuiter dic. aut sunt merita colorata que reuera non precesserunt: tunc requiritur insinuatio in l. iubemus. j. de libe. causa. Aut sint vera merita: tunc refert aut qualitates meritorum non concurrunt cum donatione: quia est paruum meritum et excessiuum premium sicut contingit quando pater donauit filio quia procedit hoc magis ex effectu quam ex meritis dignis. et tunc requiritur insinuatio arg. glo. supra posite. In dubio distinguo. aut in instrumento fit mentio certorum meritorum in specie: et tunc stabo in istro: vt. d. l. aquilius. aut fit mentio meritorum in genere: tunc per illud instrumentum non probatur merita: quia ista incertitudo generat obscuritatem. ad hoc facit quod not. j. de coll. l. si donatio. et de ioffi. testa. aut. unde si pares. de castrensi peculio. l. et si forte. et ita intelligo ex dictis Guil. et Bar. simul iunctis. ¶ Sententia arbitratoria est quedam transactio. arg. in l. non minore. et ibi not. C. de transac.

¶ An ratione iuramenti valeat donatio / sine insinuatione: videtur quod non: quia ad hoc quod iuramentum aliquid operetur tria debent concurrere. Primum quod persona sit habilis per iuramentum habitata. Secundo quod sit generalis forma seruata Tertio quod non sit prohibita. l. si quis inquilinos. §. fin. ff. de legatis. j. Sed ille donationes clandestine non interuenientibus actis sunt prohibite. vt dicta. l. donationes sine. C. de donatio. et ita ibi not. ergo non validantur iuramento. nec ex eis oritur obligatio naturalis. facit quod not. Cynus in l. j. supra alleg. et Bart. in l. si quis pro eo. ff. de fideiussoribus. Ex his ergo patet quod non potest renuntiari legi disponenti super insinuatione quia non est introducta in beneficium donantium sed in odium recipientium clandestinas donationes. Et ne quis prodigaliter vtatur sua substantia argu. ff. ad trebellianum. l. imperator. Et etiam legi statuenti solemnitate in actibus hominum non potest renuntiari. l. nemo. ff. de leg. j. Sed quod iuramentum confirmet donationem sine insinuatione scripsi supra in §. donatio. singulari. cccxl. Et scripsi in decis. curie pla. qsti.

¶ Quid si actum fuerit vt tot sint donationes quod sunt res donate: an inspiciantur res singule per se an coniunctim omnes? Bartolus dicit quod propter unitatem actus etiam si res sunt dinumerate illa clausula nihil operatur. l. sancimus. §. si quis aut. C. de donatio. vnde illa clausula videtur iuri propria et adiecta in fraudem legum. et infra de agricolis et censu. l. quemadmodum ita tenet Bar. in l. modestinus. pro quo facit quod dinumeratio temporis nil operatur

Hic quoniam merita debeant probari.

Si donatio sine insinuatione confirmetur iuramento.

Not. ratione quod re insinuatio fuit adiuuentia.

ratur ergo nec dinumeratio rerū. argu. de re ad tempus ex cō
iunctione duarū legum. C. de dona. l. sancimus. §. si. 2 de mi-
li. testa. l. miles ita heredē. §. j.

376 **C** Super iuramento appolito super contractibus odio cre-
ditoris improbato est dispēsandum. c. si vero. in fin. 2 ibi not.
glo. de iureiuran. 2 in. c. j. eo. titulo. Idem dicit Henri. de bo-
uenco in sua repetitione aut. sacramenta puberum. in causa
finali q̄ cum insinuatio fueri introducta in odiū recipientiū
occultas donationes debet super tali iuramēto dispensari.

Baldus super Innoc. dicitur sequitur de iuramēto in. c. ve-
ritatis. de iureiurando. per Inno. dicitur quod iuramentum
est personale ex parte iurantis 2 reale ex parte eius cui iura-
tur id est dicit Inno. q̄ iuramentū transit ad heredē recipiē-
tis non ad heredem iurantis. nec sortitur heres forum spe-
ciale ex iuramēto defuncti. nec potest censura ecclesiastica cō-
pelli. vt not. in. c. vlti. de foro compe. lib. vi. ita dicit Inno. li-
cet Abbas dixerit cōtrarium in. c. parochianos. de sepul. ta-
men veritas est q̄ iuramentum quantum ad spirituale que
sibi inest nō transit ad successorem iurantis. vt de hoc etiam
scripsi in decisi. curie parliamenti q̄one. ccccxiiij. Sed quantū
ad robur 2 tractus bene trāsit contractus iurat⁹ q̄ vires 2 ro-
bur assumpsit de preterito a principio. 2 ex persona heredis
robur nō metimur. Ita etiam dicit Bal. in. l. non dubiū. C. de
legibus. Itē trāsit ad heredē quātū ad p̄bationē in aut. de iu-
reiu. a mouente presti. §. si.

Joan. fab. in titulo de fideiussoribus. in. §. fideiussores. di-
cit super illa questione quādo fideiussor plus promisit 2 cau-
telose q̄ principalis. Et querit quid si iurauerit forte cano-
niste dicerent seruari iuramentū: quia nō vergit 2c. in. c. cum
contingat. de iureiur. Sed ego nō cōpellerem seruare quia
ex quo de iure nō cōtrahitur obligatio ex contractu nec actio
posset competere ex iuramento. vt not. C. de operis libertorū.
l. j. 2 not. Inno. in. c. cum venissent. extra de in iur. igit̄ nemo
sine actione experiat. l. si pupillus. ff. de nego. gest.

377 **S**i donās cōfiteatur insinuationē fuisse factā an hec so-
la confessio p̄bet. 2 qd si iuramentū interueniat vide ple. per
Jo. fa. insti. de dona. in. §. 2 cum ratio. vbi dicit q̄ nō probat.

Si donec ultra summā q̄nq̄toꝝ aureoꝝ in eo q̄ credit est
obligatio naturalis. 2 iuramēto p̄firmat̄ quo ad effectū agē-
di. vt no. Guil. de mote lau. in cle. j. de iureiur. 2 sic nō solū ex-
ceptionē imo 2 actionē h̄z. 2 ita tenet Bar. in. l. si q̄s p̄ eo. cir-
ca p̄n. ff. de fideiuf. 2 Jo. fa. in. §. itē si q̄s postulāte de actio. et
tñ alibi dicit Bar. in. l. nemo. ff. de leg. j. idistincte q̄ legi indu-
cētī solēnitatē renūtiari nō p̄t ēt cū iuramēto. ita etiā t̄z Bal.
in. l. illud. C. de sac. san. eccle. vbi plene. de hoc loquit̄.

Si in instrumēto donationis fiat mētio de meritis 2 do-
nās ea cūfiteat̄ 2 cū iuramēto an p̄bet talis cōfessio iurata:
2 videt̄ p̄mo q̄ sic. q̄ p̄fessioi sue q̄s stare tenet. l. ḡnalr. C. de
nō nu. pec. vbi si fiat p̄fessio ex cā i p̄terito p̄iudicat̄ i p̄tineti 2
q̄ semel approbavit q̄s reprobare nō p̄t facit. l. p̄opo. ff. de ne-

De dispēsa-
tione iura-
menti.

De p̄fessioe
meritoruz ū
stetur ei.

Singularia Guidonis Pape.

Quid dicatur bene meritum. vide §. singu. ccc. xv.

go. gest. ibi: quod probari reprobare non possum. Et varias non auditur. l. scripturas. C. communia vtriusque iudicij. Item quia verba etiam enunciatiua inducunt probationem. l. publica menia. §. finali. ff. de positi. licet non obligent. Et presertim probant inter contrahentes. l. optimam. C. de contrahen. et cō. stipula. facit. l. tale pactum. in principio. ff. de pactis. et. l. quidam. in princi. ff. de donatio. 7. l. j. C. de falsa causa adiecta leg. 7. l. filius. C. de his que in fraudem credito. l. ex hac scriptura. §. quisquis. ff. de legatis secundo. 7. l. cum de indebito. §. fina. ff. de probatio. gl. in. l. qui testamentum. ff. de probatio. Item facit pro hac parte in autenti. vt liceat matri et aue. in princip. colla. viij. vbi statur confessioni. Item quod tali confessioni stetur saltem cum est iuramento firmata. videtur tex. ad literam. in. l. cum quis decedens. §. codicillis. ff. de lega. iij. Et in autenti. de iureiuran. a mou. prestito. colla. v. Et in aut. quod obtinet. C. de probationi. vbi verba enunciatiua cum iuramento prolata operantur probationem in preiudicium heredum qui non possunt contrarium probare. Item quia licet in vltimis voluntatibus confessio fraudulosa presumitur / quando super prohibitis interuenit. l. qui testamentum. ff. de probatio. tamen secus in contractibus inter viuos. ita dicit et tenet glo. in dicta. l. qui testamentum. Item pro hac parte facit. l. filius. C. de his qui in fraudem creditoris. Item. l. ex hac scriptura. ff. de donatio. item. l. lucius. §. quisquis. de lega. ij. item. C. eod. l. donatio. item etiam facit pro hac parte. l. cum indebito. §. fina. ff. de probatio. In contrarium quod assertioni iurate predicte non sit standus / sunt leges sequentes. videlicet. l. si forte. ff. de castrensi pecul. Castrense peculium est quod pretextu militie acquiritur vel obtinetur. l. castrense. eod. titu. tamen si vxor vel cognatus vel alius non ex castris notus det vel leget filiofamilias aliquid et noiatim exprimat: vt in castrensi peculio habeo: non ideo erit in castrensi peculio: quia in veritate magis ex affectione et notitia quam pretextu militie cōsetur donasse et veritas magis inspicitur quam quod quis finxit: vt dicit dicta. l. si forte. Item videtur esse casus. in. l. qui testamentum. ff. de probatio. vbi si pater filio suo naturali qui capere non potest ex testamento nisi vsque ad legitimum modum legauerit id quod capere poterat secundum leges. Et postea dixerit tui filio meo lego centum dolia et c. que mihi pertulerat. item ei reddi volo centum et quinquaginta que ex redditibus prediorum suorum que distraxi habui. dicitur ibi quod filius ea petere / non poterit nisi aliter probet premissa ad eius patrem peruenisse ex eo enim quod ille plus capere non poterat in fraudem legis hec adiecisse in testamento videtur: ita in dicta. l. expresse continetur. Item ad hoc est alius textus consimilis in. l. cum quis decedens. §. titia. ff. de leg. iij. de titia testatrice / que in negotijs suis utebatur opera calimachi qui ex testamento capere non poterat que disposuit dari ipsi calimacho mercedis gratia certam summam quod ipse dictam summam ab heredibus testatricis exigere non poterit

poterit: quasi in fraudem legis relictum. et dicit ibi glo. q̄ semper presumitur relictum in fraudem nisi contrarium probeatur. Item probatur ratioe quia legibus expresse cauetur donationem inter viuos factā ultra summā legalem: scz quingentorū aureorum non valere nisi fuerit actio insinuata: sed esse nullam/ et inefficacem. l. illud. circa finem. C. de sacrosanctis ecclesijs. ibi si vero amplioris quantitatis donatio sit excepta scz imperiali non aliter valeat q̄ si actio insinuata sit. et l. sancimus. in princ. C. de donatio. ibi hoc quod superfluum est tantummodo non valere et ibi: sed hoc pro non scripto vel intellecto esse credatur. facit. l. si quis pro redemptione. C. eodem titulo. et l. donationes. C. de donationibus inter virum et uxorem. Et quod ita per dictas leges fuit statutum in odium donatariorum sibi fraudulentē procurantium donari vt tales fraudes euitentur. Et ne quis vtatur p̄dgaliter substantia sua. Et ista fuit principalis causa prohibitionis legalis seu prouisionis supradicte. l. data. C. de dona. ibi: siquidem clandestinis fraudibus facile et argu. ff. ad trebellianū. l. imperator. et ita notant et tenēt Bar. in. l. modestinus. ff. de donatio. Bal. in. l. si vnus. §. illud. ff. de pactis. et in. l. illud. C. de sacrosan. eccle. et Henri. de Bouenco in sua repetitione aut. sacramenta puberum. C. si aduersus vendi. in tractatu cause finalis ibi: quinto inferitur et quia cessante fraude aliquoties quis erat donaturus ultra summā legalem propterea statuit lex insinuationem que interueniente et non alias talis posset donatio fieri quasi tunc demum fraudis suspicio cesset. Modo clarum est de iure et doctorum antiquorum et modernorum/ in hoc concordat sententia. Quod legibus siue iuribus contractus hominum odio alicuius ipsorum contrahentium. Et multo magis si alternis improbantium ipsi contrahentes renuntiare non possunt/ nec in eisdem sibi preiudicare. l. iuregentium. §. pretor. ait pacta cōuenta que neq̄ dolo malo neq̄ aduersus leges neq̄ q̄ fraus cuiq̄ eorum fiat facta erunt seruabo. ff. de pactis. et l. contra iuris civilis regulas. in principio. eodem titulo. Etiam cum iuramento. vt dicta. l. iurisgentium. §. et generaliter. et l. non dubium. C. de legibus. facit. l. si quis inquilinos. §. fina. ff. de lega. j. et ad hoc facit quod dicitur per doctores q̄ insinuationi donationis renuntiare non potest. ita tenet Cy. in. l. si. C. de dona. et Bar. in. l. nemo. ff. de lega. j. et allegant casum in. l. illud. §. fina. C. de sacrosan. eccle. et Henri. de Bouenco in dicta aut. sacramenta. in tractatu cause finalis. in ver. quinto inferitur. et Joan. fa. insti. de dona. §. et cum ratio. Pariter etiā renuntiare nō possunt partes iuribus ad solennitatē actū pertinentibus nec iura ipsa adinuicem remittere: vt dicta. l. nemo. et l. ius publicum. ff. de pactis. Preterea que statuuntur propter euitandam falsitatem vel pericula/ remitti non possunt per testatorem vel contrahentes. l. cōparationes. C. de fide instru. no. Ja. de bello visu/ in aut. vt ma. debi. et cre. §. quis vero. et ita etiam ponit et tenet Bartolus in dicta. l. e iij nemo. vnde

Hic ratioes
quare insi-
nuationes
fuerunt a iu-
re introda-
cte.

Hic infra an
possit renū-
tari insinua-
tioni.

Singularia Guidonis Pape.

Quomodo
et ob quid, p
uissio lega-
lis fuerit in
uenta/ q̄ do
nationes vl
tra summas
legalem nō
valeant.

nemo. vnde cū prouisio legalis q̄ donationes vltra summā
legalē nō valeant nisi actis fuerint insinuate fuit adinuēta ⁊
ordina p̄pter odiū donatariorū ⁊ ad enūciādū fraudes q̄ in ta
lib⁹ donationib⁹ cadere poterāt ⁊ ne q̄s p̄pter ei⁹ facultatē
p̄digalr vtaf substātia sua. vt. s̄. dictū est ⁊ p̄pterea iuribus
dictā p̄uisionē introducētib⁹ renuntiari nō possit p̄ partes.
Nec circa hec valeāt sibi p̄iudicare ex triplici cōsideratiōe. pri
mo q̄ in odiū donatariorū fuit innēta. sc̄do q̄ ad obuiādū
fraudib⁹ ⁊ subueniēdū facultatib⁹ ⁊c. tū q̄ etiā sunt iura ad
solēnitatē p̄tinētia. vt. s̄. deducit. Sequit̄ p̄pterea ⁊ infertur
vna talis cōclusio in iure vera ⁊ a doctorib⁹ approbata, q̄ af
fertioni seu confessioni partiū vel alteri⁹ earū dē adhibite ad
tollēdū seu cassari faciendū in effectu iura p̄dicta cōfiteōdo in
facto media aliqua q̄ si ⁊a essent dicta iura locū nō haberēt
stari nō d̄z nec fides adhiberi nisi aliūde legitime cōprobet̄.
vt clare p̄bāt. l. qui testamētū. ⁊. l. quidā decedens. s̄. titia. p̄
allegate/ ⁊ expresse tenēt. glo. notabilis. in. l. si donatione. C.
de colla. glo. posita sup verbo postulas. q̄ sic h̄z formaliter si
queras qualiter scitur q̄n donat bene merito: respōde si p̄re
cesserūt merita quibus nō interueniētibus nō esset donatio.
Nec inspecto eo si dixerit pater do vt extraneo. vt. ff. d̄ castre
si peculio. lege. si forte. in prin. nec tenet a principio nec post
ea cōfirmat ⁊c. Et q̄n glo. dicit do vt extraneo. p̄inde est ac si
diceret: do tibi p̄meritis ⁊ seruitijs mihi factis ⁊c. q̄ tūc ei dā
tur vt extraneo ⁊ talis est. sup hoc modus loquēdi doctorum
Butri. ⁊ Bar. in dicta. l. ⁊ sic eā itelligūt. ⁊ Cy. pariter ⁊ Bal.
in aut. ex testamēto. eo. ti. ⁊ q̄ assertioni seu cōfessionī predi
cte nō steēt nisi aliūde p̄bet̄. tenet Cy. in dicta. l. cū dicit respō
deo. dicit glo. q̄ hoc nō cognosceēt ex verbis sed ex meritis. et
Bar. ibidē dicēs q̄ si pater dixerit in instrō. dono tibi vt ex
traneo p̄pter merita. illa verba nō faciūt fidē vt. l. castrense.
⁊. l. si forte. ff. de castre si peculio. ⁊ idē tenet in. d. l. si forte. vbi
plene tractat hāc materiā si recte itelligat̄. cuius h̄bafformas
lia sunt ista. vltimo hec lex facit in argumētū ad infinita nos
dicim⁹ in lege optimā. C. de cōtrahē. ⁊ cōmit. stipul. q̄ verba
enūtiatiua in cōtractibus p̄bāt inter easdē partes. Ego di
co q̄ illud est verū q̄n illa verba enūtiatiua emanāt sup eo su
p̄r quo partes possunt libere renūtiare ⁊ sibi p̄iudicare: at̄s
nō presumitur nisi p̄bet̄ vt hic. Itē etiā p̄ hac parte facit qd̄
ponit Joan. fabri. insti. de donationibus. s̄. ⁊ cū retro. vbi q̄
rit si in instrumēto contineatur q̄ donans cōfiteatur donatio
nē fuisse insinuatā dicit q̄ nō sufficit nisi aliter constet. vt vbi
plene per eū. Itē facit etiā qd̄ ponit glo. in. l. illud supra alle
ga. vide q̄ si quis donet fratri vel amico dicendo q̄ donauit
causa pietatis/ q̄ non stabitur sibi. Sed restat respondere ad
contraria supra allegata. Et primo ad illud q̄ dicitur q̄ q̄s
sue confessioni stare tenetur. l. generaliter. C. de non numera
ta pecu. ⁊. l. pomponius. ff. de negotijs gestis. ⁊ ad. l. optimā
C. de cōtrahenda ⁊ cōmittenda stipulatione. q̄ verba enun
tiatiua probant inter cōtrahētes. Quia dicta iura procedent
et locum

et locū habēt qñ cōfessiones ipse emittunt sup his in quibus ipse talis confitens libere agere renūtiare z sibi preiudicare pōt de iure z in quibus nulla est fraudis vel simulationis psumptio nullaq̄ suspicio qz tali cōfessionī seu assertioni non stat: vt pbant iura supra pro hac parte allegata: z ita soluit z intelligit Bar. in. d. l. si forte. z glo. idē sentire videt in aut. vt liceat matri z auct. in prin. glo. posite sup vbo Participiū. z in. l. illud. Qd̄ autē dicit glo. in. l. qui testamētū. ff. de pba. nō pcedit qz vt ibi dicit Bar. post Ja. de are. est tex. in d̄rum in. l. j. C. de na. libe. Itē ad hoc qz heres nō pōt venire p̄ facta defuncti. l. cū a matre. C. de rei v̄. verū est regulariter: sed patitur qñq̄ fallentiā: vt in. l. si pater. C. de inofficio. donatio. z l. si. C. de euictio. z in alijs casibus inter eos qñ cōtractus est per. l. improbatas ex quo p̄pterea nullus obligat: vt. l. si q̄s inquilinos. §. si. ff. de lega. j. nec aliqua trāsit in heredē obligatio: tūc heres ipse potest venire cōtra facta defuncti: vt. l. quēadmodū. C. de agri. z cen. lib. xj. z sic est in casu presenti: igit nō obstat z ita etiā ponit Bal. in. d. l. cum a matre. Item ad aut. de iureiuran. a moriente prestito. in p̄n. colla. v. z auctenti. qd̄ obtinet. C. de p̄bationibus in quibus assertioni iurate testatoris heredes habēt necessario stare: imo nec possent in p̄trariū pbare respondet qz iura ipsa nō pcedunt nec locum habent in casu de quo agitur. Ex eo primo nisi in argumētū quia loquūtur in vltima volūtate. casus autē noster in donatiōe. Modo in vltimis volūtatib⁹ testator nō p̄sumit velle deierare z esse imemor sue salutis: z maxie i morte: vt dicit de Bonēco in dicta aut. sacra. in. iij. q. tractat⁹ cause finalis: q̄ p̄sumptio nō est adeo magna z efficax in donatiōe inter viuos. Secdo qz dicta aut. qd̄ obtinet z in corpe vñ sumit loquunt qñ testator in vltima volūtate iurauit se nihil habere in bonis plus q̄ noiauerat cui iuramēto. heredes stare habēt q̄ casus est penitus diuersus a casu nostro de quo agitur p̄mo qz in vltima volūtate in qua testator nō p̄sumit velle deierare z esse sue salutis imemor et maxime in morte vt. l. si. C. ad. l. iuliam repetundarum. z ponit de Bonēco in dicta sua repetitione in tertia questione cause finalis que p̄sumptio non est adeo magna et efficax in donatiōe inter viuos vnde cum sit diuersa ratio igitur ze.

378 ¶ An in eodem libello possint intentari in integrum restitutio et rei vendi. Spec. q̄ sit idem in ratione ad exhibendū et rei vendicatione ita dicit in titulo de in integrum restitutione in. §. j. versi. sed nunquid in eodem libello. et vide que scripsi in decisionibus curie parliamenti/ questione. cxliij.

¶ Sententie arbitri tacite emolozatur per partes per lapsum decem dierum Specu. in titulo de arbitris. §. sequitur de quibusdam. in versi. sed quid si stipulatus est arbiter. facit l. cum ante ea. C. eod. titu.

¶ Si z quando arbiter possit suam sententiam mutare vel corrigere vide Spe. in titu. de arbitris. §. si. ver. sed infra qd̄ tempus potest tunc corrigere vel mutare.

e iij ¶ Quod ha-

Responso ad aut. qd̄ obtinet. C. de p̄ba. z vide de hac materia in. cxxx. consiliorum meorū Guido.

Singularia Guidonis Pape.

De cōtribu-
tione in re-
paratiōib⁹.

379 ¶ Quod habitātes in aliquo loco seu territorio ibi teneā-
tur facere reparaciones meniorum probatur per suppositio-
nes sequētes. i. suppono q̄ incola esicitur quis ratione do-
miciū. l. ciues. C. de scolis. lib. x. r. l. icola. la. ij. ff. ad municip.
ij. suppono q̄ ppter icolatū seu domiciliū q̄s est de iurisditio-
ne loci vbi est incola. vt. d. l. icola. la. j. ad municip. iuxta illud
gñale quis sortitur forum rōne domiciliū r. l. eius qui. §. si q̄s
r ibi Bar. ff. ad municip. ij. suppono q̄ nedū est incola ille q̄
est collocatus infra muros sed etiā ille qui est collocatus ex-
tra muros infra fines loci. l. pupillus. §. incola. ff. de verb. si-
gnifi. Quarto suppono q̄ incola tenetur ad refectionē muro-
rū loci vbi q̄s est incola. l. oēs prouinciarū. C. de operib⁹ pu-
blicis. Ex quibus apparet q̄ in illo loco cui⁹ sunt iurisditio-
nis debent cōtribuere in reparacionibus murozum. pro hoc
Pe. ia. in materia de fossatis r muris. Et de hac materia scri-
psi in decisionib⁹ parlamenti questione. vij.

¶ Idem dicendū est in gneitis qz sunt munera personalia vt
not. Hostiē. in forma de immunita. eccle. §. quibus muneri-
bus. versi. munera etiā personalia. r. ff. de muneri. r ho. l. j. in
prin. versi. r quicūqz alio iure. Et de hoc etiam scripsi in deci-
sionibus curie parlamenti/ questione. d. cxxi.

380 ¶ Allodium est illud qd̄ est alicuius pprius r a nemine re-
cognoscitur nisi a deo in. c. j. §. ad hoc q̄. r. §. seq. in feudis de
pace iuramēto firmata. facit. c. ij. r. ij. si feudo p̄trouersia fue-
rit. r de alodio tangitur per glo. ff. de reli. r sumpti. funeruz.
l. at si quis. §. sed interdū. r. C. de inge. l. penul. ita ponit Bar.
in dicto. §. ad hoc aut. r de hac materia tetigi in decisio. curie
parlamenti/ questione. cccclj. r questione. cccclx.

381 ¶ Omne id qd̄ relinquitur pro anima censetur esse relictum
ad pias causas. l. si quis titio. r ibi per glo. r Barto. ff. de leg.
ij. r. l. lucius. §. j. ff. ad trebel. r ibi etiā glo. r Barto. r not. per
Salice. in. l. j. C. de sacrosan. eccle. in sua repetitione.

¶ Si testator in testamento suo pro anima vel ad pias cau-
sas/ qd̄ idē est/ relinquat licet testamentū non valeat succedē-
tes ab intestato: nihilominus in illo suā voluntatē debēt ad-
implere. l. in testamento. ff. de fideicō. liberta. Et hoc facit ad
q̄stionē/ an testamēto reuocato nudo verbo cēseantur esse re-
uocata legata ad pias causas facta: qz de alijs legatis nō est
dubium q̄ sint reuocata. l. militis. §. veteranus. ff. de testa-
mento militari. l. ex parte. ff. de adi. legatis. Et videtur q̄ nō.
arg. dicte legis in testamento. facit bene. l. proxima. §. fi. ff. de
his que in testamento dclen. pro hoc facit qz legata ad pias
causas vel pro anima facta valeant etiam aditione heredi-
tatis secuta hoc tenet per expressum Barto. in. l. j. C. de sacro
sanctis eccle. vbi refert sic se habuisse in facto. idē t̄z etiā ibi-
dē Salice. r ponit etiā Barto. in. l. si captiui. C. de epis. r de.
r tetigit in. l. eā quā. C. de fideicōmissis. idem posuit Specu.
in titulo de instrumētorum edit. §. nunc aliqua. versi. s̄ pone
heres r. et dixi supra. n. §. legata pia r. facit bene: quia mul-
ta in fauorem anime seu legatorum ad pias causas re-
lictorum

licitorum a iure statuuntur: que tamen respectu aliorum legatorum non reperiuntur statuta prout colligitur ex aut. sed cum testator. C. ad. l. falsi. et l. j. C. de fideicommissis et hec opinio satis videtur equa licet iuris rigor videatur in contrarium per. l. ex parte. et §. veteranus. §. alle.

¶ Si non reperiatur emptor pignorum creditor debet audiri volens habere pignora in soletum pro debito. in. l. a diuo pio. §. si pignora. ff. de re iudi.

382 ¶ Utrum legatis vasis aureis et nulla sunt aurea sed duntaxat argentea debeantur argentea tex. cum glo. videtur dicere quod sic in. l. seie dulcissime. ff. de auro et argen. leg. quod videtur satis singulare.

¶ Si ab interlocutoria non appello sed peto eam tolli contrario imperio possum appellare si non tollatur et totam causam possum introducere coram iudice ad quem. secundum Inno. in. ca. ij. extra de noui operis nuntiatio. in fi. vide. j. singu. dccclix.

¶ In causa appellationis non est necessarius libellus quia sine libello potest iudicari ex primis actis secundum Inno. in capitulo cum contiguat extra de offi. delega. idem Archidia. in. c. ij. de iura. calum. lib. vj.

¶ Utrum dominus contumax per se vel per procuratorem possit appellare et appellans audiatur vide inno. in. capi. j. extra vt lite non contestata.

¶ Appellatio generalis debet admitti sicut inno. in. ca. bone extra de appellatio.

¶ Fatales termini non habent locum in causa nullitatis super quovide glo. et Bar. in. l. si expressum. ff. de appella.

¶ Iudex appellationum de his de quibus coram eo agi non potest non debet pronuntiare. Inno. in. capi. licet. extra de foro compe. Quia ipse non debet se intronittere nisi de his que ad eum sunt deuoluta per appellatio. ca. pastoralis. extra de offi. ordi. c. j. in. fi. de offi. ordi. lib. vj.

¶ Appellans a simplici interlocutoria non potest de nullitate coram ipso iudice appellationum agere. cap. vt debitus extra de appellati. et hoc ponit Inno. in. c. dilecto filio. ibi si ante a sententia appelletur et c. eo. titu.

¶ An actio detur pro modico die. vt not. per Bar. in. l. si proprietari. ff. de da. infec.

¶ Utrum appellatione actionis contineatur officium iudicis et videtur quod non cum magna sit differentia inter actionem et officium iudicis sicut ponit Barto. in. le. j. ff. de iuris. om. iudi. in contrarium videtur tex. iuncta glo. in. l. actionis verbo. et le. pecunie verbum. §. actionis. ff. de verbo. signi. Et est effectus vtrum legatis actionibus veniant expense vel alia que officio iudicis debent.

383 ¶ Exceptio semel opposita ad elidendum rescriptum et reiecta si ex eodem rescripto si ad aliud agatur non potest iterato opponi quod est notabile. secundum Inno. in. capitu. cum dilectus. extra de purga. canoni. et vide ibidem Bal. in repertorio suo.

¶ Nota quod is cui non permittitur alienatio nec in iudicium actio censetur permittitur deductio. l. aut pretor. §. j. ff. de iure deli.

¶ Nota quod dictio adhuc denotat continuationem. l. adhuc. ff. de usufru. et de consti. pec. l. vbi quis.

384 ¶ De verbo assigno quod importet vide. l. que officij. §. si. ff. de prahē. empti. et venditi. et Bar. in. l. si constante. ff. so. ma. et in. l. culpā. §. p. ff. de leg. ij. et Joā. fa. in. sti de rerū diu. §. antepenul. et hoc facit pro mulieribus quibus dotes vel dotalia assignantur per viros super aliquibus eorum bonis.

¶ Paria sunt approbare et non contradicere vt not. glos. in. l. ne in arbitris. C. de arbitris et ibi etiam not. Bar.

¶ Utrum authoritas a falso tutore prestita valeat vide Bar. in. l. j. §. verba. ff. quod falso tuto. Et in. l. ij. ff. qui pro tutore vel cura. neg. gessit.

e v ¶ Si con-

Singularia Guidonis Pape.

De arbitrio 385 ¶ Si cōpromittat in arbitrū vtiq̄ p̄nūtiat de cōsensu z cōsilio alicui⁹ sapiētis nō valet tale cōpromissum qz nō h̄z liberā facultatē sniaz ferendi sec⁹ si diceret vt p̄nūtiat arbitratu alicuius sapientis de hoc est tex. in. l. item scimus. §. idem pōponius. ff. de arbitris. z ibi hoc dicit Bar. z no. p̄ eūdez in l. i. §. si plures. ff. de exercitoria. z not. glo. in. l. illa. ff. de heredi. inst. facit. l. titiū z meuiū. z. l. p̄r. ff. de adm. tutorum.

De actiōe.

¶ De agente sine actione sicut agi non pōt. l. si pupilli. §. videam⁹. ff. de neg. gest. pōt opponi sibi qd libell⁹ nō p̄cedit qz actio sibi nō cōpetit put ista ponit Bar. in. l. cū q̄reretur. ff. in di. solui. z not. i. l. vir bon⁹. eo. ti. Nec d̄z ferri sup tali actione p̄posita snia z si ferat ipsa est nulla: nisi sit absolutoria. in. l. bebius. in. fi. ff. de pac. do. iū. ta. l. i. §. i. ff. si messor falsum mōz dū dixerit. Et d̄r alibi qd q̄s ex eo q̄ nō intentat vel male intentat nō d̄z victoriā reportare. l. de fideicō. C. de trās. ita dicit i repertorio suo Inno. in. c. significam⁹. extra de except. qz iudex nō d̄z admittere actionē q̄ nō p̄cedit. l. ij. i. fi. C. vt nemo priuat⁹. z ibi p̄ Bar. De actiōe inepta vide glo. in. l. s̄si pupillus. §. si. z ibi glo. ff. de inst. z ibi dicit q̄ agens actione inepta d̄z in eā succūbere. S̄z qd de illo cui cōpetit actio s̄z intentat vnā actionē p̄ reliqua z petit sibi debitā iustitiā ministrari. vide q̄ dixi in decisionibus curie parliamenti. questione.

**De appella
tionibus.**

386 ¶ Si appello a sentētia z appellat⁹ negat eā latā d̄z appellat⁹ oē cōmodū p̄dere qd consequut⁹ est ex ea / z d̄z iponi silētiū ne vltari⁹ ea vtaf. argu. l. nō alienū. ff. de interrogato. act. fm Inno. in. c. cū igit̄ p̄petuus. extra de fide instru. z vide ibi dē plene Bald. in repertorio.

¶ Utrū appellatio locū habeat in decimis. vide Soffre. in titulo de appellatio. §. in causa.

**De appella
tione.**

¶ Appellatione actorū continetur sententia fm Bar. in. l. in fraudem. §. neq; in. ff. de iure fisci.

¶ Si snia cōtinet plura capitula iicitū est appellare ab vno capitulo tātūmodo s̄z Inno. i. c. dilecto. in. fi. extra de appel.

¶ An possit appellari a taxatione expēsarū. vide Inno. in. c. sepe. extra de appel. z Bar. in. l. fi. C. qñ prouo. nō est neces.

387 ¶ An iudex delegatus possit de nullitate sententie cognoscere. vide Inno. in. c. dilecto. extra de appellatio.

¶ Dictio aut̄ / aduersat̄ in iure z in facto. l. cū aut̄. ff. de leg. ij. z ponit Bart. in. l. in repetendis. in. fi. ff. de lega. iij.

¶ Antiquit⁹ d̄z de cui⁹ p̄trario memoria nō existit in. c. i. §. qz glo. posita sup verbo antiquit⁹. qui feuda da. pos. in. vsi. feudorum. z vide. c. ad audiētiā. extra de reb⁹ eccle. nō alie.

¶ In creatione auctoris tutoris curatoris vel iudici d̄z at̄ tēdi cōsuetudo: vt not. gl. in. l. ita tñ. circa p̄nci. ff. ad trebel. qd est singulare: qz in multis locis nō semp̄ obseruat̄ dispositio iuris in ipsis cōstituēdis. z de hoc etiā tetigi in decisionibus curie parliamenti. questione. cccclij.

¶ De alienatione rei ecclesie si z qñ fieri debeat z qñ valeat z qñ nō. plene dixi in decisionibus curie parliamenti. q. drciij.

388 ¶ De admiralio maris quē facit rex ffrancie z est officium
sati

fatis singulare. vide Baldum in feudis que sunt regalie. circa principium.

Expense quas quis domi sue fecisset excipiuntur de condonatione. et de ipsis in taxatione debet haberi consideratio secundum Innocentium in c. fine. de dolo et contumacia. et vide Joannem. fa. insti. de pe. te. litigantium. et vide que dixi in decisionibus curie parisiensis. q. d. cxxv.

De his qui faciunt alchimiam utrum debeant puniri: dicunt quod non dum tamen faciunt sine aliqua falsitate materie vel forme: quia est ars pro ingenio adinventata tanquam a philosopho. ita dicunt And. de yfernia. et Bal. in. c. j. que sunt regalie. et refert Bal. Olradus sic consuluisset in suis consiliis.

Quid dicatur anniuersarium et quare fiat. vide in. c. cum creatura. et ibi per glo. extra de celebratione missarum.

Agentes et consentientes pari pena puniuntur. in. c. j. extra de offi. deleg. in antiquis. et dicunt ut ibi not. per glo. Innocentium. et boyz. et testigi in decisionibus curie parliamenti. q. cccxxij.

De verbo anteferri. vide in. l. j. C. qui po. in pig. ha.

389 Si quis promittat soluere quolibet anno / utrum inde habeat ac si diceretur singulis annis videtur quod sic: quia dictio quolibet est distributiva et multiplicativa. l. si a pluribus. ff. de lega. ij. et ibi tunc glo. et l. non distinguemur. §. cum plures. ff. de arbi. ita tenet Bar. in. l. hoc articulo. ff. de hered. insti. Et sicut quando fit relictum vel promissio per verba multiplicativa debet fieri solutio in principio anni sicut tunc et probat Bar. in. l. quod hoc anno. ff. de verbo. obli. ita et per consequens quando fit dictione quolibet adiecta: ut probant dicta iura. et allegat text. in. l. si condis seruus. §. cum seruus. ff. de stipulatione seruorum. et ponit ibi ratio quam ponit Cy. in. l. j. C. quando dies leg. ce. In contrarium reperio glossam in. §. quod hoc anno. insti. de inutili. stipu. ubi parificat dicere hoc anno / vel quolibet anno. Circa hoc tamen nota quod quando aliquid ex parte illius cui fit promissio debet impleri in fine anni debet fieri solutio et l. si condis seruus. §. cum seruus alleg. iuxta. l. iulianus. §. offerri. ff. de actio. empti. Qui §. limitat totam materiam quam ponit Bart. in. l. quod hoc anno. sicut ipse dicit super dicto. §. et fuit opinio per. quam posuit Cy. in. l. edem. in fine distinctionis ibidem posite. et ibi tractat quando pensio domus debeat solui ubi ponit glo. et post eam Ja. de raueina cui petrus est prius respondendo rationibus suis. Quod facit ad decisionem talis questionis quodam locavit domum suam titio die. xij. mensis decembris. millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto ad. iij. annos die natalis domini tunc primo inchoados sub certa mercede anno quolibet in dicto festo soluenda. utrum in principio vel in fine anni debeat solui: credo quod in principio anni: quia ita habet conventio que in tali contractu datur. l. legem. C. locati. et l. si merces. §. conductor. ff. eo. ti. cum in quolibet anno non sit nisi unum tale festum. Qui annus incipit statim post mediam noctem diei vigesimequarte finite. l. romanorum. ff. de feriis. l. Lucius. §. si titius. ff. de liberis et posthumis. et dictum festum est in principio anni et non in fine. Annus enim secundum communem observantiam incipit a die natalis domini sicut dicit Bartolus in lege libellorum. ff. de accusationibus. in questione

Hic an annua prestatio debeat solui an in principio anni vel in fine

Quomodo incipiat annus.

Singularia Guidonis Pape.

De anno legalis.

De bissexto.

questione q̄ incipit: quero aliquis percussit. vbi refert Jac. de butrio sic tenere. Licet annus legalis qui extrecentū sexagin taquinq; diebus cōsistit. l. cū heres. §. cū stichus. ff. de fideicō mis. libertate. Et. vi. horis ex q̄bus causatur bissextus. l. cum bissexrus. ff. de verborū significatione. incipit die crastinavel sequenti q̄n̄ cōtrahentibus placet. l. in conuentionalibus. ff. de verborum significatione.

De quo anno loquitur. l. nemo. 7 autent. ei q̄. C. de tempo ribus appella. 7 in aut. vt cū de appella. cog. §. i. col. v.

390 Inopia excusat ab excommunicatione fm Innocen. in. c. suspicionis cum. p. 7. g. extra de offi. delega.

Qui sunt excommunicati ipso facto. vide Innocentiū in capitulo super eo. extra de sen. excommunicationis. Et specu. in repertorio suo in titulo de excommunicatis.

De falsificante acta qualiter debeat puniri vide. capi. cuz olim magist. extra de offi. dele. Et tetigi de hac materia: et de materia actoris in decisionibus parlamenti q̄stione. d. c. vj. Et qualiter puniatur falsificans literas principum vide que dixi in decisio. q. cccclv.

Argumentatio ab absurdo est valida in iure. ita dicit Jo. an. in. c. dudū glo. super verbo Absurdum. de preben. lib. vj. alleg. c. cū inter priorem. extra de except.

391 De articulis saluatorijs 7 approbatorijs testiu. vtrū sint admissibiles. dic q̄ sic qz cuiusq; licitū est testes saluare 7 iuuare. in. c. presentiu. extra de testibus. lib. vj. 7 ibi per Archidiacono. 7 no. in. q. iij. c. de iudicijs. glo. posita super verbo Confirmados. ibi dū dicit: vel potest confirmare illorum testimo nia qui p̄bati sunt criminosi &c.

Si bastardi possint succedere parentibus suis. tetigi in de cisionibus curie parla. q. d. lxx. Et si parētes emāt noie bastardoru an valeat emptio. dixi infra. §. de emptione.

De materia belli 7 de diffidamēto qd̄ q̄nq; faciūt inter se magnates 7 nobiles. vide q̄ plene dixi in decisionibus curie plamenti. q̄stione. cxcj. 7 ibi vide quādam legem per impera torē conditā. Et de materia duelli dixi q̄stione. cxxxvij.

392 Utrū bānitus equiparetur deportato. vide que dixi in de cisionibus curie parlamenti. q. cccxxij.

Si debeat inspicere quod euenire potest. vide Bart. in. l. in ter stipulantē. §. sacrā. ff. de verborum obliga.

Si initium contractus vel conditionis existentie debeat attendi. vide Bar. in. l. si filius. ff. de verborum obligat.

Utrū iudex tp̄alis possit cognoscere de spoliatione vel ma nutētionē bñficij. plene dixi in decisio. curie parlamēti. q. i.

Appellatione baliste nō cōtinetur arcus: vt dicit Bart. in l. quibusdam. ff. de iure immuni.

Utrū exceptio cōpensationis possit opponi post sniam. vi de Inno. 7 Hostiē. in. c. super. extra de ordine cogni.

393 Quid dicat bonafides. 7 q̄liter p̄bet. vide Bar. in. l. cels⁹. ff. de vsuca. Sup q̄ dicit spec. in tit. de p̄sumptionib⁹. circa p̄ci. v. r. s. itē l. 3 laic⁹ &c. q̄ bonafides p̄bat eo ip̄o q̄ p̄trariū nō p̄batur

Quatr p̄bet bonafides. 7 vi. e. i. cxxxj cōsi. meoru 3 Guido.

pbat. l. bone. ff. de hbo. signi. l. verius. ff. de pba. r. l. si sup ser uis. C. q. mili. nō pos. l. xij. Et de hac materia etiā plene tetigi in tractatu de p̄sumptionibus p me cōpilato. in versi.

De baulo habetur in text. in. c. si. extra ne cie. vel mo. ne got. secula. se immisceant. et de istis baulis vtimur in hac pa tria Delphiñ. r. illi habentur loco castellanorum.

Bos capit p vacca: ita expōit gl. i. l. si aliena res. ff. d. vsuc.

394 Utra non pōt imponi in ciuitate aliqua/ qñ agit de vti litate ipsius ciuitatis dūtatur. S3 si agit de vtilitate locorū r. puinciarū circūnicinarū bñ pōt imponi: maxime qñ ciuitas r. ciues sunt tenues in qua ciuitas est situata. ar. l. non solum in p̄nci. ff. de noui operis nūtia. et de dāno infecto. l. qui bo na. §. interdū. l. j. §. denūtiare. ff. de ventre inspici. iūcta. l. j. no ua vecti. imponi non pos.

Utrū rescripta ipetrata p excōicatos teneāt ad iudicia. vi de in. c. dilecti. e3 de rescriptis. r. c. p̄sulti. extra de p̄cura.

Quatr punitat ille q̄ alicui tollit barbā vel crines sine for picib⁹. vide. c. j. de pace tenēda r. eius viola. §. ij. in feudis.

Quis debeat purgare bialeriā molendini vide. l. refectio nis. §. j. r. ibi bonus tex. ff. cōmu. p̄diorum.

De verbo burgēsis/ habet. in. c. ij. extra de his que met⁹ cā fiūt. De verbo burgus/ dixi infra in. §. burgus r. c.

Beneplicitū durat vsq̄ ad mortē. c. si gratiose. extra de re scriptis. lib. vi.

395 Quid dicat benemeritū. Et cuius respectu dici debeant benemeriti r. asserēti aliquē benemeruisse. vtrū credi debeat. vide Odo. in. l. iubem⁹ nulli. C. de epi. r. de. gloss. sup verbo p missiam. Et scripsi de hac materia in decisio. curie parlamen. Delphiñ. q. xcij.

De hac ma teria merito rā. vid. §. sin gu. cccxxvij §. ij. i. istro.

Utrū excōicat⁹ possit absolui cū reincidētia: vel an req̄rat absolutio pura. vide Joan. an. in. c. veniens. lo. ij. e3 de testi.

Excōicatus non potest esse procurator. c. post cessionē. ex tra de pba. Nec excōicatus potest facere procuratorem. in. c. finali. de p̄cura. et. c. licet. de testi.

396 Utrū cōfessio e3 ius facta valeat. vide gl. in. l. j. in fine. ff. de cōfessis r. in. l. qm̄ de infami. r. in. l. cū falsa. C. de iuris r. fa ti igno. vide plene Cy. in. l. generaliter. C. de nō numerata pe cu. in tertia quarta. r. v. questionibus.

De cōfessio ne facta ex tra ius.

Utrū cōfessio emanata extra iudiciū in fauorem debito ris p̄iudicet creditori. dic vt in aut. rogati. C. de testi. vide Cy. in dicta aut. generaliter.

An cōfessio p̄curatoris in iudicio facta p̄iudicet dño: et an cōfessio prelati p̄iudicet ecclesie seu capitulo. vide per glo. r. Oldra. in. l. si defensor. ff. de interro. ac.

Utrū ex cōfessione facta in p̄cessu q̄ nullus reperit possit cōfitens cōdēnari. vide p̄ Bar. in. l. si cōfessus. ff. de custo. reo rū. r. scripsi sup hoc in decisio. curie parla. q. ccxvi.

Utrū p̄stitutio liget eū q̄ dilucide suā pbat ignoratiā dicit Inno. q. nō i. c. ij. e3 de p̄stit. facit. c. cū in tua. e3 q̄ ma. ac. poss.

397 Ubi citatio est nulla ibi snis et est nulla fm Inno. in. c. p̄nti.

Singularia Guidonis Pape.

pñti. extra de rescriptis. Et de materia citat. vide ple. p. Bal. in. c. j. de mili. va fallo qui contu. est in feudis colla. r. z ibi ponit aliqua singularia De materia citatio. etiam tetigit in dictis decisionibus questione.

Citatio que non est iudicialis non requirit peremptoriū. Et par non citat parem sed requirit. secundum Inno. z hostiē. in. c. cū inter vniuersas. extra de electio.

De hoc etiam tetigit supra singu. cxj. §. vxori debet.

398 **V**estis lugubres non debentur vxori. ab heredibus viri nisi consuetudo loci hoc habeat. Ita dicit Angelus in. l. de creto. C. ex qbus causis infra. irrogat. vel nisi testator hoc disponat de alimētis annu. luctus z vestibus lugubribus. tetigit etiam in decisionibus curie parliamenti qōne. cccxvi. De vestibus traditis vxori cōstante matrimonio an remanere debeant heredibus viri vide quendā postillā fm Dynum. ff. de do. inter virum et vxorem. in libro meo.

Quid sit causa incidens z quid causa emergens vide ple. per Barto. in. l. j. C. de ordine iudiciorum. Et ibi vide si super incidenti sit pronūtiandum.

An delegatus a principe in causis meri et misti imperij possit subdelegare Bar. q. sic in. l. in causarū. C. q. p. sua iurisd. z vide q. dixi in decisionibus curie parliamenti. qōne. dcccxiij.

399 **P**otest fieri cōpēsatio expēsaz p iudicē qñ vtraq. ps hz iustā cām litigādi. vel qñ qlibet ps obtinuit ptē eius qd ipete bat ita dicit Bar. in aut. nouo iure. C. de iudicijs. de materia ista tetigit in decisionibus curie parliamenti/ questione.

In penis legalibus est locus penitētie vsq. ad sniam vt dicit Bar. in. l. in criminali. C. de iuris. omniū iudi. Et de materia penitētie vide que plene dixi in tractatu per me Guidonē cōpilato q. intitulatur Tractat⁹ in qbus casibus de iure sit locus penitētie z in qbus nō z qliter et qñ admitti debeat.

An liber homo possit locare operas suas in perpetuum vide Bart. in. l. antiquitas. C. de usufructu.

De insinuatione.

Si in donatione mutua requirat insinuatione.

400 **A**n relicta filio videantur relicta contemplatione filij vide ple. per Bar. in. l. si. C. de usufructu z in. l. si filio. la. ij. ff. de donati. causa mortis.

Angelus in. l. similiq. C. de iure dotiū. in fi. dicit vltimo videt hic casus p locū a speciali qd si fiat donationes vicissim inter duos q. qlibet eget insinuatione. facit optime. C. de donatio. añ nupti. l. vltima. qd credo vtz dicit Angel⁹. nisi vna donatio sit cā alterius puta si dico dono tibi librū eo q. dones mihi centum z tu dicis dono tibi cētum eo q. tu donas mihi libru. Ita ibi dicit formaliter Angelus.

301 **C**lericus q. cōspirat cōtra principē dz degradari z tradi iudici seculari vt vltimo supplicio dānet. rj. qd. ij. cap. si q. s. sacerdotū. Et qliter puniat. q. verberat vel inseqtur cardinalē dic vt in. c. felicit. ex de penis. li. vj. Et de his q. verberāt vel occidūt eoz episcopū dic vt in cle. prima de penis q. est canonizata. v. questio. j. capi. verum. Vide de istis casibus p saly. cetum in. l. quisquis. C. ad. l. iuliam maiestatis.

402 **Q**uid dicat cōspiratio vide gl. in. l. in eos in fi. gl. prime. ff. de

ff. de custodi. reor. Et est grauiſſimū crimē. xi. q. j. c. pſpiratio nibus. Et cōmitēs cōſpirationē mereſt de poſitionē vt ibidez habetur. Et et alia pena. in. l. j. §. cum patronus. ff. de offi. pſidis ⁊ vide glo. in. c. exhibita de iudi.

403 **U**trū testamētū in quo mater est p̄terita nulla cā inserta et filius est heres institut⁹ sit nullū. ad qđ dicēdū est qđ testamētum ex tali cā nō rūpīt qz habebat filios quos instituit: quorū filiorū. j. cā est in successione. C. de suis ⁊ legi. aut. i. succeſſiōe. Et nō tenet qđ instituere ascendētes donec sunt descēdētes. ff. de iniusto ⁊ irritō testa. l. si qđ exheredato. in punci. ⁊ de inoffi. testamento. l. pater filiū ⁊ insti. de successi. lib. §. si nostra istud repperi in quodā consilio dñi Bar.

Si mater p̄tereat filiū ipse pōt dicere testamētū nullum idē etiā filius ex filia si auia eū p̄terierit dicet testamētū nullū ple. vide Jo. ferrarij in titulo forma libelli in quo petitur hereditas ex testō super verbo Ac realiter ⁊c.

Nūquid mater q̄ est data in testamēto tutrix q̄ nō fecit in uctariū nec fecit sibi administrationē decerni. nec alias tuto rē petit pdat hereditatē filiorū descēdētū in etate pupillari. ad hoc dicēdū est sine dubio qđ sic. l. ij. §. si mater. ff. ad tertu ltanū ⁊ ibi not. in gl. sup verbo legitima insti. eodē. §. si. l. sciat. C. de legitimis heredi. ita reperi in quodā consilio dñi Bar.

Utrū matre exclusa excludatur auia seu auie q̄ s̄tr negle xerūt petere tutorē lapso anno infra quē debebāt petere. ad qđ rñdet qđ oēs ille leges q̄ excludūt a successione ppter tuto rē nō petitū nō loquunt in his quorū prima spes successio nis est sciētes qz possunt succedere si volūt nō tñ puniunt si nō petierunt. C. q̄ petāt tutores. l. penulti. ⁊ ibi not. p gloss. et sic concluditur qđ auia paterna ⁊ materna veniunt ad succes sionē s̄m Bar. in dicto consilio: vt ibi repperi.

Utrū auia paterna p̄terat in bonis paternis. ⁊ auia ma terna i maternis qđ v̄r p. l. de emācipat. i. si. ff. de legitimis he re. ⁊ qđ ibi no. p gl. S̄ ille leges loquunt de fratrib⁹ ⁊ sangui neis ⁊ vterinis. S̄ de auo p̄no ⁊ m̄no est cas⁹ singularis. C. de bo. q̄ liber. l. qđ scitis. ff. si naut. s̄m qđ doc. ibi ponūt ca sum vbi est exp̄ssum qđ i bonis p̄nis p̄ferūt auis patern⁹. Et sic i pposito dicā qđ i bonis p̄nis p̄ferat auia p̄na q̄ filius moriēs habuit a patre nō aut. i illis q̄ habuit a fratre suo de functo: qz i illis succedūt dicte auie pariter qz talis fili⁹ defun ct⁹ erat eis cōiūct⁹ pariter p lineam paternā ⁊ maternā ista sunt verba Bartoli in quodam suo consilio.

404 **U**trū vicini possint facere collectam pro puteo reficiens do Et vtrum collectam facere sit permissum dixi in decisioni bus curie parlamenti. questione. cccxliij.

Cōsuetudo trāffert possessionē ipō iure absqz reali appre hēsiōe idē pōt facere statutū ⁊ vocat̄ ciuillissima possessio. de q̄ nō fit mētio nisi i vno loco i. c. ex literis. ex de p̄suetudine ⁊ ita ibi no. Inñ. plus d̄t alibi Inñ. i. c. cū nostris. ex de p̄cessiōe p̄bēde. qđ licētia data vtēdi re h̄r p̄ q̄si possessionē ⁊ q̄rit̄ posses sio ex ti. ita refert Bal. i. l. vt iter diuinū. C. d̄ sa. sen. ec. Inñ. et dicit

De cōsuetudine

Licētia vtēdi data p qua si possessio.

Singularia Guidonis Pape.

Dicit in dicto. c. ex literis. in fi. q. licet inuestitura non transfe-
rat possessionem sine reali apprehensione tamen illa inuesti-
tura dat autoritatē intrādi possessionem propria autoritate.

¶ Quis dicatur prestare opem auxilium z fauorē vide Bar.
in. l. cuius. §. j. ff. ad. l. iuliam ma. z in. l. furti. §. ope. ff. de fur-
tis. tetigi in decisionibus curie parlamenti Delphi. questio-
ne. cccxxij.

405 ¶ Dicitur de pertinentijs domus mee id qd est prope do-
mum meam per. v. pedes: ita dicit Bar. in. l. item apud labeo-
nē. §. conuitium. ff. de iniurijs. de hoc tetigi. j. in. §. qd cōtinea-
tur et cetera.

¶ Qualiter puniantur interfectores suarum vxorum vide
xxij. q. ij. c. interfectores suarū coniugum.

¶ Casus reseruato s episcopo in foro consciētie seu peniten-
tie vide per Joan. andre. in gloss. in. c. ij. de pen. et remissio.
libro. vij.

406 ¶ Si quis teneat molere bladuz alicui pro certa pensione
z debens pensionē moriatur relictis pluribus heredibus nō
tenetur plus molere heredibus q̄ defuncto: z ad hoc inducūt
doc. in arg. l. etiam heredibus. ff. si familia furtum fecisse di-
catur. z facit. l. si. eodem titulo Et facit. ff. de ver. obli. l. ij. §. ex
his z. ff. de re. iur. l. ex his officijs. §. j. z. ff. de condi. z demon-
stra. l. cui fundus.

¶ Iudex ex suo officio potest ponere pretiū in bladis vendē-
dis in foro publico text. in feu. in tit. de pace tenēda. z ei⁹ vio-
latoribus. §. si miles aduersus militem.

407 ¶ Notarij debent scire leges ne facientes illicitos contra-
ctus penas subeant vt. C. de sacrosan. eccle. l. iubemus la. ij. in
§. econom⁹. in fi. Et de eunuchis. l. si. hoc no. per glo. in. l. ge-
nerali. C. de tabularijs li. x. vide que circa hoc dixi in decisio-
nibus curie parlamenti. q. cccxxij.

¶ Statutum debet stricte intelligi vt notat Ja. de butr. in. l.
j. C. de cōdi. inserta.

408 ¶ An pendente appellatione q̄s sit excommunicatus vide
gl. z Jac. de butr. late in. l. si. C. si a nō cōpe. iudi.

¶ Utrū z quando masculinum concipiat femininum. vide
plene per Jacob. de butri. in. l. si quis in tantam. C. vnde vi. z
ibi etiam per Bartolum.

¶ Aliquis homo ingredit̄ carceres z reū de aliquo crimine
vinctū seu alias cōpeditatū soluit z liberat/ qualiter veniat
puniendus? dic q̄ capite. nam teneē crimine lese⁹ maiestatis:
vt est casus in. l. cuius. §. item contra confessum. ff. ad. l. iuliam
maiestatis.

¶ In executione sententie nō requiritur cause cognitio si fiat
in rebus adiudicatis: alias sicut ponit Arch. in. c. sicut. ij. q. j.

¶ Qui facit aliquē sibi obligari p vim incidit in crimē legis
iulie. de vi. pu. l. quarta. in prin. ff. ad. l. iuliam. de vi pu.

¶ Retia aduenandū phibent̄ teneri in domib⁹. vt in feudis
in tit. de pace tenēda z eius violatorib⁹. in. §. nemo retia.

409 ¶ Utrū. l. ad istrutionē. C. de sa. san. eccl. sit hodie correcte
per

De apella-
tione.

per aut. item nulla cōitas. eo. tit. dic fm Bar. qñq; refectio est onus reale; qz quibet debet reficere viā ante domum suā. l. si. de via publica reparāda. et p̄tinet ad ecclesiā. vt. d. l. ad instru- ctionē et tūc nō est correctā. Quandoq; onus imponitur per- sonis pro rebus: vt pro reficienda via vel ponte et non potest imponi ecclesijs vt. d. aut. itē nulla cōitas. et hoc casu est cor- rectā. d. l. ad instruccionē. vñ etiā nō debet soluere nisi predia essent tributaria iuxta. l. p̄l. C. eo. tit. Sed. d. aut. item nulla cōitas. male seruat qz ciues huius ciuitatis Gratianopolis faciunt cōtribuere caplm beate marie gratio. ad cōtribuēdū in repatione pōtis huius ciuitatis gratianopolis. que repa- ratio pōtis fit hoc anno currēte dñi. Mccccij. de hac mate- ria etiā scripsi in decisionibus / qōne.

¶ Argumētatio facta ab absurdo est valida in iure ita dicit Jo. an. in. c. dudū in glo. sup vbo absurdū. de p̄bēdis li. vi. al- legat. c. cū inter priorē et. de exceptio.

¶ De materia aut calla et irrita. C. de sa. san. eccl. vide Spe. de imunitate ec. vbi notabiliter ponit. et p̄e. ia. in tit. de succes- sione regni Frācie. circa mediū in ver. et est notādū. Itē an p̄suetudines laicorū ligēt clericos. vide Spe. vbi. s. et Cy. in. l. u. C. q̄ sit lōga p̄sue. et Bart. in. l. j. C. de sum. trini. et fide catho. in. v. questione.

¶ De materia aūtice. ingressi monasteria. C. de sa. san. eccl. vide plene et notabilr p̄ Inn. et de p̄ba. c. in p̄ntia. Et an res feudales et emphiteotecarie trāseāt i monasteriū vide ibidē.

¶ Utrū emēs rē q̄ p̄ fiscali debito vēdit succedat loco fisci vide Bar. in. l. cū ratio. §. si. ff. de bonis dānatorū. et l. si terti⁹. §. si quis prius. in. ij. q. ff. de aqua pluua ar. et tetigi in deci- sion. parlamen. qōne.

¶ Nulla spālitas dz esse plus i fisco q̄ in p̄nato nisi quaten⁹ in iure cautū repit vt dicit Cy. in. l. de heredi. vel acti. vñ. qd̄ dicat fiscus dixi in decisionib⁹ curie parlamēti. q. cclix.

¶ Quis ordo debeat seruari i vēditione rei fiscaris. vide gl. in. l. j. C. de fide instru. et iure fiscali. lib. x.

¶ Fiscus pōt petere cogi partē ad exhibendū instrumenta. ita dicit Sali. et doc. in. l. q̄ accusare. C. de eden.

¶ Leuādo manū p̄ pcutiēdo aliquē punit: lz nō p̄cussiat et p̄ hoc fm Bar. est tex. sing. i. l. itē apud labeonē. §. si q̄ p̄uisa- tus. ff. de iniurijs. ita dicit Angelus de aretio doc. nouissim⁹ in suo tractatu de maleficijs sup vbo Admenauit et. qd̄ cre- do verū si p̄ eū nō sterit quomin⁹ p̄cusserit. argu. l. is q̄ cū tes- lo. C. de sicarijs. Si aut in ipso a. tu leuatiōis man⁹ penitue- rit retrahēdo manū cū intētiōe nō pcutiēdi dicerē eū nō fore p̄niēdum argu. l. qui falsam. ff. de fal. et faciunt. no. p̄ Bart. in. l. diuus. ff. de sicarijs.

¶ Differentia est inter notoriū et manifestū qz notoriū nō p̄- bat manifestū sic ita dicit gl. in. l. ciues. C. de appella. Sz qd̄ dicat notoriū et qñ. vide Bar. i. l. emptorē. i. p̄u. ff. de ac. empti. Et Spe. i. ti. de notorio. et ple. Jo. fa. i. p̄hemio isti. Et vide. c. nostra. et de coha. cleri. et mulierū. et ple. in apparatu meo sup

Denotario

f statute

Singularia Guidonis Pape.

statuto si quis p literas iudicis. in glo. super verbo notorie.

¶ Debent singula singulis referri. not. glo. in. l. quoniam de appel.

414 ¶ Casus in quibus res inter alios acta alijs nocet. vide per Goffre. in. c. inter dilectos. extra de fide instru.

¶ Debitor cui datū est quinquēniū ad soluēdū debita sua dz cauere de ipsis soluēdis per. l. vniuersa. C. de precibus impera. offe. fm Oldradum.

¶ Illud dicit fieri fm ius quod fit fm cōsuetudinē t3 Inno. in. c. cū venissent. extra de eo q̄ mit. in pos. causa rei seruande.

415 ¶ Confessio z snia valent in alio iudicio inter easdē personas. vt dicit Inno. in. c. bone. extra de elec.

¶ Confessio. extra iudiciū sine causa facta nō inducit obligationē. casus est in. l. cū de indebito. §. si. ibi sinaūt cautio. ff. de pbat. hoc idē tenet gl. i. l. j. gl. si. ibi vt ergo hoc videas plenius zc. ff. de interro. ac. idem tenet Cy. in. l. generaliter. in. j. ij. z. iij. q. C. de nō numerata pecu. idē Bar. in. d. l. cū de indebito. §. si. ibi dū dicit. not. q̄ cōfessio sine causa nō preiudicat cōfidenti zc. Et maxime si fiat in partis absentia. in. c. si. ibi in abbatis absentia zc. extra de succes. ab intesta. facit. l. certuz. §. si quis absente. ff. de cōfes. Secus tñ est in cōfessione iudicialiter facta que etiā valet sine causa sicut ponūt Bart. et Cyñ. in locis. §. allegatis: subiungētes ibidem rationē diuersitatis. Nec etiā valet pmissio sine causa facta: vt tenet glo. in dicta. l. j. in fi. ff. de interroga. ac. Etia si stipulatio interueniat obstāte exceptione doli que potest opponi. l. ij. §. certa. ff. de excep. doli. Et de hac materia vide plene per Hen. Boyz in. c. si. extra de cōtes. z scripsi in deci. curie parla. q. clxxvj.

¶ Confessio nō potest dirimere matrimoniu vt dicit Inno. in. c. cum causam. extra de officio delega.

¶ Confessio mādatur executioni in civili: sed nō in criminali: sed expectatur snia fm Inno. in. c. querenti. extra de offi. dele.

¶ Confessio simpliciter facta videt̄ super toto esse facta. fm Inno. in capitulo si pro debilitate. de offi. deleg. sup verbo Uices. z in. c. venerabili. eo. tit.

¶ Verbu pcedo significat dispositionē fm Inno. in. c. qm̄. ex de maio. z obedi.

416 ¶ Utrū cōsuetudo excusat a peccato inter aliquos inito. vide Innoc. in. c. j. de treuga z pace. q̄ ponit Bal. in ti. de maio. et obedi. in repertorio sup Inno.

¶ Cōsuetudo dat iurisdictionem etiā spirituaalem secundum Innocen. in. c. nouit. extra de iudicys. z in. c. j. de aposta. Et est text. in. c. j. de offic. ordi. lib. vj. et in. c. cū cōtingat. de foro compe. z in. c. ij. de consuetudine. no. glossam et Joan. and. in. c. romana. super verbo Consuetudine. de foro compe. lib. vj. et Pet. ia. in titu. de iurisdictione. z est text. in. l. viros. C. de diuersis offi. lib. xij. et Cy. in. l. j. C. de emancipa. lib.

417 ¶ Citatus nō tenet̄ comparere qñ citatio euidenter peccat i formavel in materia fm Innocen. in. c. preterea. extra de dila. Ubi etiā dicit q̄ quis non tene tur cōparere coram delegato nisi in citatione mittat copiam recripti. idem ibidē Hosti. z vide qd̄ ibi ponit Bal. in suo repertorio.

¶ An citatus ad diem feriataam teneatur cōparere die sequenti non feriata. vide Cy. in. l. finali. C. de feriys.

418 ¶ Ubi in causa cōclusum est nulle sunt partes iudicis nisi in p̄nuntiando z est clausus processus adeo q̄ nulla allegatio deinceps fieri debet nec in iure nec in facto fm Inno. in. c. pastoralis. extra de causa pos. z proprietatis. quod tene menti z vide que ibidem dicit Bald. in repertorio super Innocen. Sed an in causa criminali debeat concludi vide bal. in dicto suo repertorio. Et infra in. §. in criminalibus non debet zc.

Utrū

Utrū conclusio sit pars iudicij sic q̄ vna pars aliā possit cogere ad p̄cludē dū in causa. vide Bal. in feud. in tit. si de inuestitura inter do. & vasalis oriat̄.

Ubi citari debeat vasabundus. vide Innocentium in capitu. si aduersari⁹. extra de eo qui mittitur in poss.

Terminus citationis debet esse decem dierum ad minus. lege ad perempto: in m. & l. per interualium. ff. de iudi

In p̄ma citatione nō debet poni perēptorie. l. p̄setaneū. C. quō. & q̄n. iudex.

419 **S**i quis mandet citari ad domum et nemo ibi reperiat cedula seu copia citationis debet affigi in domo s̄m Inno. in. c. si aduersarius. extra de eo qui mitti. in posses. causa rei seruande.

Utrū in publicatione & exēplatione solenni: nec nō in publicatione et examinatione testium requiratur partis citatio: vel presentia partis aduersę. vide Inno. in. c. si. extra de fide instru. & ibidē Bar. in repertorio.

An in notorio req̄rat̄ citatio. Inno. dicit q̄ sic in. c. ad n̄ram. ex de iureiurā.

In citatione ad audiendū sententiam debet dici peremptorie: aliter nō valeret citatio nisi esset citatus personaliter q̄ citatio p̄sonalis h̄z viz perēptorij: s̄z Inno. in. ca. ad petitionē. ex de accusa.

Licet quis non sit citatus potest sententia expensarum ferri si est contumax. c. calūniam. extra de penis. s̄m Inno. q̄ citatus in principali videtur cita in accessorio s̄m Baldum ibidem in repertorio.

420 **H**eres nō potest interpretari cōfessionē defuncti. Innocen. in. c. dilectus. extra de successi. ab intesta.

Ille qui hereditatem adit compensare videt̄. l. que dotis. ff. solu. matri.

De caluacatis que per vassallos vel alios fiunt seu debent̄. vide tex. in. c. i. firmiter. in feu. de prohibita feu. alie. per fede.

421 **C**urator datus ad litē potest eodē modo reuocari sicut p̄curator. l. si q̄s eū. §. iulianus ait. ff. de p̄cu. ita dicit ibi Bart. Curator t̄n simpliciter datus nō p̄t reuocari nec alius sibi adiungi. l. curatores. C. qui da. tu. pos.

Licet maritus nō possit esse curator vxori sue. l. marit⁹. C. q̄ da. tu. pos. T̄n bene p̄t curator ad litē sibi dari. vt. l. si q̄s eū. §. iulianus ait. ff. de p̄curatoribus. & ita ibi dicit Bartolus.

Nota q̄ cōtract⁹ inhabilis p̄cedēs p̄pter sequētē cōtractū habilē habilitatur & ex eo datur actio. l. j. C. si. suus ex se emi māda. Et cōtract⁹ habilis p̄cedēs cōtractū inhabilē sequētē h̄z validare. l. titiū. ff. v̄bo. oblig. q̄d est sing.

Nota casū in quo q̄s sentit cōmodū & nō onus. in. l. de illo. ff. pro so. & l. j. in fine. C. de legi. turo.

422 **C**ōsules ciuitatū habent iurisdictionē. in. l. si cui⁹ libertas. ff. de condict. & demō. Et est. gl. in. l. iij. §. si. ff. de arbi. Si in citatione p̄sulū debeat apponi decretū iudicis. gl. q̄ nō. i. l. actor. ff. rē ra. h̄a. p̄ria gl. ē. C. d̄ decre. decu. li. x. sup rub.

Utrū q̄libet p̄lat⁹ v̄l baro possit p̄stituire p̄sulatū i terra sua. dicit not. per pe. ia. in. ti. de succes. regni fran. & pe. ray. in tit. de mu. & hono.

Executionē snie nō p̄t petere excoicari⁹ s̄z Inno. & Hosti. in. c. venerabilē. ex de except. vt refert. Archidia. qui ita videtur tenere i. c. sicut. ij. q. j.

Si sint plures p̄sules nūq̄d vn⁹ sine alio agere possit: dic q̄ sic vt tenet. gl. in. l. j. C. si. vnus ex plurib⁹ tutorib⁹. idē Specu. in titulo de procuratoribus. §. ratione. vers. quid si plures sunt consules &c.

423 **S**i quis in suo testamento vel in sua donatione aut aliquo alio contractu dicat conditionibus retentionib⁹ infra scriptis. saluus et retentis. Nec post adijcit aliquā p̄ditionē. Utrū dispositio vel donatio reddatur inuvalida vel pura vel conditionalis. vide. l. penul. C. de susti. & snbsti. sub cōd. factis. & l. quoties.

Singularia Guidonis Pape.

Stantūdem. ff. de here. insti. z vide Cyn. in dicta. l. penul. vbi sunt tex. habui de facto ego Guido pape.

Nota q̄ qui vult cōsequēs vult z oē illud qd̄ antecedit sine quo cōsequēs esse non potest. l. p̄ herede. §. penul. de adquir. heredi. Licet cōtrariū habeat in. l. si quis a liberis. §. meminisse. ff. de libe. agnosce. tñ dic vt ibi nota.

424 Utrum possit causa sumere initū per citationē procuratoris tantūmodo: dic vt in. l. iij. C. de p̄curato. z ibi p̄ Bar. z in. l. meminerint. C. vnde vi.

Utrum tantum faciat consuetudo quantū pactū z econtra. vide glo. in. l. dominus prediorum. C. de agri. z cen. lib. xj.

Si aliquis cōfessus fuerit debere titio centū corā iudice procedente: vel domi sue existente an sit talis cōfessio idonea. vide Bar. in. l. j. C. de confes.

Si causa aliqua simpliciter cōmittat̄ petitoriū z possessoriū censent̄ cōmissa. secus tñ si alterū cōmittat̄ s̄m Inno. in. c. j. de sequestratione pos. z fru.

425 An citatus coram nō suo iudice debeat cōparere. vide per Bar. in. l. extra territorium. ff. de iurisd. om. iudi. z in. l. si quis ex aliena zc.

Cōiunctio rerū facit videri vnā illa q̄ sunt diuersa. in. l. tria. ff. de excus. tut.

Cōpeditatio in ecclesia facta facit videri violatā imunitatē. allegāt docto. ad hoc tex. in. l. j. §. nō aut. in fi. ff. de vi z vi ar. facit etiā. l. fulcinius. §. illud. ff. ex qb. cau. an pos. eat. Sz istud nō seruat̄ z pluries vidi cōpeditari i eccl'ijs.

Utrum ex consuetudine possit mors infligi. vide. l. saecularij. §. sunt quidā ff. de extraordi. crimini.

Utrum consuetudo notarū debeat attendi. vide Bar. in. l. gallus. §. j. sup verbo zc. ff. de liberis z posthu.

Ubi valet pactum valet z cōsuetudo glo. in. c. vt litigantes. extra de offic. ordi. z. l. domini prediorum. ff. de agri. z cen. lib. xj.

426 Clerici quas negotiationes p̄nt exercere. vide Spe. in ti. de bigamis.

Utrū cōtumax in iurādo de calūnia pdat cām suā z habeat p̄ cōfesso vide per Inno. extra de iuramēto calū. in. c. si. z ibi per Baldum in repertorio.

427 Utrū quibet possit facere castrū in re sua: z an sine principis auctoritate. vide Inno. in. c. pisanis. extra de resti. spo. z p̄ glo. in. l. p̄ puincias. C. de edi. pua. z vide Spe. in ti. de successiōe regni frācie. §. superius facta est mentio.

In cōfirmatione nō requiritur citatio partis. Inno. in. c. cū olim. extra de dolo z cōtumacia. q̄uis habeat vim sententie. vt ibi dicit Bar.

De cautione iuratoria an sufficiat. vide Inno. in. c. actor. extra de dolo et contu. z vide Bar. in aut. generaliter. C. de epi. z cleri.

428 Cōtractus: de hoc vbo si a lege vel statuto aut p̄uilegio pferat̄ qualr̄ intelligat̄. dic vt in. l. labeo. la. ij. ff. de v. sig. lz q̄tuor species in z sub se comprehendat. insti. de verbo. obliga. §. si. in fi.

Si debitor cedit bonis an profit̄ fideiussoribus. vide que dixi in decisio. curie parlamē. Delphinalis. questione. ccxj.

Si quis detinet debitore aut aliū vltra. xx. horas cōmittit carcerem priuatum Bar. in. l. capite quinto. ff. de adulterijs.

Cōmunis modus loquēdi qualiter intelligatur vide Bar. in. l. j. C. de dig. lib. xij. z in. l. labeo. ff. de supellectili legata.

Si fiat collecta p̄ solido z libra vtrū p̄ re quā q̄a tenet̄ restituere teneatur collectā soluere. dic q̄ nō. l. nemo. ff. de in iure. rest. z ibi no. p̄ Bar. z ē rō: qz nō v̄r talē rē h̄re. l. iij. hoc edicto. ff. d̄ ne. ge. l. luci. §. idē r̄ndit. ff. ad municipales

429 An cōfessio dephēsi in crīe q̄ statim post dephēsiōnē cōfiteat̄ crimē valeat dic q̄ nō vt est glo. ordi. in. l. q̄s ea. C. de custodia z exhibitione reorum.

Utrū mulier conuēta z cōdēnata sup̄ actione p̄sonali cōstāte matrimonio possit fieri

possit fieri executio in rebus dotalibus ipso matrimonio cō-
stāte. vide glo. in l. quinq; legibus. ff. de bo. damnatorū. ⁊ ab-
legat casus fm Dy. in l. si. §. si a socero. n. aut certe. ff. de his
q̄ in fraudē cre. l. cū post. §. patrona. ff. d. iure dotiū. Sed quo
remedio subueniet creditori. Dic q̄ p̄stita cautione ab ipsa
muliere de satisfaciēdo sibi soluto matrimonio. vt dicto. ver.
aut certe. vide que dixi in decisio. parla. q̄one.

¶ Per confessionē dicitur crimen cōfessatum notoriū. c. no-
stra. de colubi. cleri. ⁊ ibi notatur in glo. ⁊ ponit Bart. in l.
si confessus. ff. de custo. ⁊ exhibi. reorum.

430 ¶ Cōiectura. quid dicat̄ coniectura dic vt not. p. glos. in l.
apud antiquos. glo. super verbo cōiectura. C. de iuris. ⁊ de
hoc verbo fit mētio in l. iij. C. de inoffi. testa. Sed ex quibus
colligat̄ cōiectura vide infra in §. ex quibus colligat̄ cōiectura.

¶ Et euidenter d̄z apparere qd̄ ex legitimis cōiecturis appa-
ret. l. 13. ⁊ ibi tex. ⁊ Bar. ff. de le. j. de cōiecturis vide. j. fol. seq.

431 ¶ Si mulier cōmittat adulteriū vtrū maritus debeat luera-
ri dotē ⁊ qualiter d̄z agere. vide. l. si. §. inter culpas. C. de ritu
nup. ⁊ in aut. de nupt. §. hos itaq;. colla. iij. ⁊ in aut. vt nulli
iudicium. §. qz vero plurimas. colla. viij. ⁊ in. c. plerūq;. extra
de dona. ⁊ vide Azo. in sum. in l. consensu. C. de repu.

¶ Si maritus nō accusauerit vxorē de adulterio nunqd̄ he-
res poterit accusare. vel si cōueniat̄ p̄ dotis restitutione po-
terit de adulterio cōmisso excipere. dic q̄ nō. l. si. C. de re. do. ⁊ l.
oimodo. C. de inoffi. testa. ita dicit Bar. in l. rei iudicate. §. j.
ff. solu. ma. ⁊ Spe. in ti. de dona. §. si. n. qd̄ si mulier.

¶ Si iudex possit corrigere suam sententiā. vide glo. ⁊ doct.
in. c. qualiter ⁊ quando. extra de accusa.

¶ Princeps tñ potest corrigere ⁊ mutare suam sententiam.
xxxv. q. ix. c. apostolice.

432 ¶ Qualr mors p̄bet̄ vide Hen. boyz. in. c. in p̄ntia. extra d̄
spō. ⁊ Bar. in l. siqd̄. ff. so. ma. ⁊ in l. ij. §. si dubitet̄. ff. quēad
modū testamēta aperiant̄. ⁊ vide aut. hodie. C. de repudijs.

¶ Delatus nō debet remitti in loco delicti si ibi habeat iudi-
ces suspectos. ff. de legationibus. l. sciēdū. §. si accusatio.

¶ Cōpromissus nō est p̄prie inia s̄z trāsa. ita no. gl. sup̄ vbo
cōuentū. in aut. vt differētes iudi. §. si nō cōtigerit. colla. ix.

¶ Ciuitas cōtinet̄ appellatiōe diocesis. p̄bat̄ p. l. j. C. d̄ p̄ua.
car. ⁊ ibi no. Bar. ⁊ eō sup̄ q̄ vide. c. j. ⁊ c. significauit. d̄ of. or.

¶ Si fiat collecta an bona dotalia debeat talliari. vide in l.
si constante. ff. ad municipales.

¶ De materia p̄fessorie. vide p̄ Bar. i. l. si pri°. ff. d̄no. op. nū.

433 ¶ Nota alicui⁹ instrumēti p̄ se nō facit fidē p̄ tex. in l. nemo.
ibi. ⁊ si nō cōsiliarij signū qd̄ solitū est cartis. ⁊ C. de offi. acces-
so. idē t̄z Cy. in l. p̄ctus. C. de fid. instru. ⁊ vide glo. in. c. post
cessionem. ibi dum dicitur. alij q̄ non creditur carte ⁊c. extra
de probatio. ⁊ dixi in decisio. cur. parla. q. xix.

¶ Officiū conseruatorū ad que extendatur. vide in. c. j. extra
de offi. de leg. lib. vj. Et quāto tpe duret. vide. c. si. §. officium.
eo. lib. Et de hac materia vide plenius. j. in. §. an cōmissio ⁊c.

f ij Ex quibus

De compro-
misso.

Vide l. lxxx-
iij. consilio-
rum meorū.
Guido.

Singularia Guidonis Pape.

De cōiecturis. 434 **¶** Ex quibus colligatur cōiectura dicitur quod ex sequentibus: videlicet ex cōditione personarum, ut l. si seruus plurius, §. si. ff. de le. i. r. l. cum auis, ff. de cōdi. r. de. r. vide plenus per Bar. in l. de pupillo, §. si quis ipsi p̄tori, ff. de no. ope. nū. Item ex onere vel honore iniuncto, l. si. ff. de insti. r. sub. sub cōdi. fa. Item ex vicinitate scripture, ff. de le. iij. l. nūmis. Item ex vi verborum iuxta non per doc. in l. j. ff. de vulg. r. pup. Item ex naturali affectu, l. aurelius, §. titi, ff. de libe. lega. Item ex natura rei de qua agit, l. sed r. suscipet, §. j. ff. de iudi. Item alios modos sume ex l. vxore, §. codicillis, ff. de le. iij. r. l. si quis ita, ff. de here. insti. r. ponit Bar. in l. quāda testō, ff. de vul. r. pu. Item etiā ex onere, l. denique, §. interdū, ff. de pecul. lega. r. no. in l. alio, ff. de alimētis r. ciba. leg. r. l. peculus, ff. de usufructu. r. l. si ita stipulatio, in p̄n. ff. de opis libertorū. r. quod non, per Bar. in l. cetero, in quōne: quōro si testator dicit si filius meus r. c. Item ex dictis personarum notabilium quod dicitur a personis fidedignis est iusta causa credulitatis in Cy. in l. j. C. de serui. r. ponit Bart. in l. de pupillo, §. si quis ipsi, ff. de ope. no. nun. Et de hac materia et tigi supra in §. coniectura r. c.

435 **¶** Defunctus an possit cōdēnari, dicitur quod non, l. penult. ff. quando appell. non recipiatur, l. ij. C. si reus vel accusa. mortuus fuerit, r. ibi non, per Bar. r. Hen. boye in c. parochianus, de sepultu. r. per Cy. in l. j. C. ne ex delictis defunctorum.

¶ An cōmissio expiret morte delegatis, vide c. si sup̄ gra. d. of. dele. li. vj. r. Bar. i. l. fundi, ff. d. adq. pos. Et dicitur quod non ut ibi h̄r. Sed quod de cōseruatoribus ap̄licis, vtrū moriēte papa expiret potestas talibus data, dicitur quod sic quod ad negocia nōdū cepta, casus est in c. hac potestōne, de of. dele. li. vj. ibi dū dicitur: officium autem r. c. Et istorū potestas persistit quasi in mero imperio sicut dicit Inn. i. c. statui mus, ex de of. dele. Quis dicatur cōseruator r. ad quod cōstituat cōseruator r. quā potestatem habeat r. vtrū ipse habeat iurisdictionē, vide c. j. de offi. r. po. iudi. dele. r. Inno. in c. statutū, eo. ti. quod posuit in lectura sua in si. titu. de offi. dele. An officialis possit esse cōseruator vel subcōseruator, glo. v̄r dicere quod sic in cle. ij. de rescrip. r. ita seruat consuetudo generalis.

¶ Que differentia sit inter cōm opinionē r. famā publicam vide Spe. in ti. de notorio crimine, §. sequitur de manifesto, i. fi.

De dictione circa. 436 **¶** De dictione circa quod importet vide per Bar. in l. celsus, ff. de vluca. r. in l. furti, ff. de in. lit. iurādo, r. vide l. rutilia, ff. de h̄r. emp. r. v̄r, r. ibi de verbo circa. Et cōphēdit t̄ps sex mēsiū et j. c. attestatiōes, gl. sup̄ verbo circa finē, ex de despō. ipu. r. in c. capiētes, §. pe. de ele. li. vj. Et istud facit quod si quis inducat testē ad p̄bādū p̄scriptionē r. testis dicat ipse possedit, xxx. an. v̄r circa nō videbit p̄bata p̄scriptio cōpleta: quod deficiūt sex mēses per predicta. **¶** De clamis dispēsandis r. qualr iudices p̄nt dispensare vide Bar. in l. diuus, ff. de bonis damnatorum.

437 **¶** Si quis dedit fideiussores de tenēdo arrestū vel nō recedēdo ab aliq̄ loco aut iuravit nō recedere: an cēseat, i. carcerat⁹ r. in vinculis detētus: dicitur quod sic: ut est tex. notabilis iuncta glo. si. in l. in eadē, §. in vinculis, r. l. necnō, ff. ex quibus cau. maio. In vinculis autē etiā eos accipimus quod ita alligati sunt ut sine dedecore

de decore in publico apparere non pnt. glo. l3 de facultas abeundi: vel a^{l3} qz iuravit vel sub fide iurioribus sunt. et ista sunt singularia dicta. Quando quis dicat esse in custodia ponit Inno. in. c. naper. extra de senten. excomu. Vide infra singu. dcccxxxviiij. et in decisio. cur. parla. q. celiij.

¶ De clamore qui fit propter insultu dicendo. a layde/ a layde daulphin. Et qd sit vide Bar. in. l. phibitu. ff. de iure fisci. li. x. et ple. p Albericu de Ro. i suo rectorio sup verbo clamor. et videt tex. in. l. capitaliu. §. solēt. ff. de penis.

438 ¶ Cōcutere est aliquid cōtra debitū petere rōne officij alicuius. xxiij. q. i. c. quid culpa. Et dicit cōcutere qui p oppressionē et minas extorquet pecuniā. l. i. et ij. ff. de cōcussionibus. ita dicit glo. ordi. xxiij. q. i. c. paratus. in fi. De hac materia plenius scripsi. j. in. §. si notarius et. in decisionibus curie parlamēti/ questione. cccxxxiiij.

¶ Utrū excomunicatus possit esse iudex. Et an snia p eum lata valeat: dic vt no. Bar. in. l. j. C. de test. et in. l. ij. C. de sen. et interlo. om. iudi.

¶ Aliquis ducit captus per officarios quem ciues vel amici remouent offiarijs et cū faciūt fugere qualiter puniant: dic q in crimē lese maiestatis incēdūt. l. cuius. §. si. ff. ad. l. iul. male. et dic vt ibi plenius distinguit Bar.

¶ In penis indicendis proceditur de similibus ad similia ubi lex nō statuit penā. vide Bal. in. l. si quis id quod. ff. de iur. oim iudi.

439 ¶ Ille q remouet lras citatorias a manu executoris tenet pena falsi. ita dicit Bal. in. d. l. si qs id qd. et tetigi in decisionibus parlamē. q. dlcix.

¶ De literis credentie si p iudicent mittēti. vide ple. Bar. in. l. lucius. et in. l. mortuo. ff. de fideiussu. et tex. in. l. si. C. qd cū eo qui in alia potestate. ibi familiares epistolas et.

440 ¶ Capellam dicunt esse de vniuersitate alicuius vel loci. Bal. ponit in. c. j. de milite vasallo qui arma belli deposuit. in feudis. et vide Bart. in. l. j. ff. ad municipales.

¶ Cōpensatio pōt opponi in cā appellationis. l. j. §. si. ff. q snie sine appel. res. f. cin. tenet spe. in titulo de appellationibus. §. de officio eius ad quē appellatum. versi. sed nunquid in causa appellationis. et.

441 ¶ Quando et qualiter et qs possit cām p alium motā defendere et defensionē assistere. vide ple. Bar. in. l. si perlusorio. ff. de appel. et l. si suspecta. ff. de inoffi. testa. et Joā. fa. insti. de satisfactionibus. circa mediū. Fiscus vel potētior aut magnus litigator non debet admitti: vt ibi dicit Joā. fab. et plene p Bar. in dicta. l. si perlusorio.

¶ Verbū habere idē est q dare. l. si heres iussus. ff. de leg. j. et ibi Bar.

442 ¶ Hospes tenet defendere hospite suuz: ita tenet glo. ordi. in. c. offerebat. xxxij. q. vij. Et maxime in domo sua: quia ibi debet esse tutissimum refugiu. l. plerūq. ff. de iu ius vocan. l. qui. domum. ff. de iniurijs.

¶ Si vxor heres instituat vel sibi aliquid legetur ad eius vitam dūtarat vel quandiu abstinebit a secundis nupt. Et hoc pro suis alimentis vel pro statu suo tenendo vtrū ipsa censeatur p proprietaria vel vsufructuaria: vide glo. positam in. l. si mulier. ff. de donatio. inter virum et vxorem. et alibi dicit Bar. q si quis donat fundum ad vsu vel ad alimēta q videtur proprietatem de disse. alt. l. donationes. §. spes. ff. de dona. Et not. q est singulare et quotidie occurrit in practica et multa aduocati in consulendo errant.

¶ Appellatione hereditatis legata et fideicommissa non continent. l. si titius ff. de lega. ij. quod facit ad multa.

443 ¶ Iudex secularis in tribus casibus habet potestatem in clerico. et in bonis suis spiritualibus quos ponit glo. in. c. tua. lo. j. de decimis.

f uij De iocalibu

Singularia Guidonis Pape.

¶ De localibus seu strenis que dantur sponſis. vide Bart. in l. 1. §. nec caſtreſe. in. q. q̄ incipit: vlteri⁹ q̄ro. ff. de colla. bo.

¶ Iudex ad tempus datus pōt procedere tpe ſeruato ppter melles vel vindemias ſi ſua iurisditio ſit extinctura ſm doc. vt refert Archidia. in. c. ſicut ſine iudicio. ij. q. 1.

¶ Utrū iudex ppter imperitiā teneat. vide Bar. in l. de eo. C. de iudi. qui male iudi. Itē quid de aduocato imperito vtrū parti ſue teneat. vide in l. ſi q̄s fundū §. ceſſus. ff. locati.

¶ Si in inſtrumēto dicat talis dedit in feudū ⁊ emphiteoſim quis dicat talis cōtractus. vide in l. inſulā. ff. locati.

¶ De dictione in/ vide Bar. ⁊ plenius pe. de muris. in. l. galus. §. ille caſus difficilis. ff. de liberis ⁊ poſthu.

444 **¶** Utrū quis vtēdo iurisditioe reſpectu vni⁹ actus cēſetur vti reſpectu oīm actuum adeo q̄ ſibi non obſtet p̄ſcriptio vide Spe. in titu. de iurisd. om. iud. circa fi. ꝛ ſic. illud etiā ⁊c. ⁊ in titu. de p̄ſcript. ꝛb. ſed pone miles q̄dā habebat caſtruz. ⁊ vide doct. in l. vulga. ff. de furtis. ⁊ Jo. ſa. inſti. de ac. §. cura re. ⁊ que ſcripſi in decifio. cu. parlamē. Delphi. q. d. cxxij.

¶ Utrū iudex in appoſitione decreti poſſit de iure pecuniaz recipere. vide in autē. de deſenſorib⁹ ciuita. in. §. qz ꝛo. col. ij.

Uis. 3. ſing. ccij. ⁊ i. lxxij ꝛ ſilio. meoz plene de hac materia Guido.

445 **¶** De interrogatorijs teſtibus fiendis qñ ⁊ qualiter ⁊ vtrū parti aduerſe debeant exhiberi de ſpecificatione ipſoz ac reſecatione ipſoz. vide glo. Jo. an. ſup verbo/ Interrogatoria. ⁊ ſup ꝛbo/ Et ſpecificatiōe. in. c. p̄nti. de teſti. lib. vj.

De factō antiquo.

¶ Utrū in inſtrumētis antiquiſſimis expediat pbare q̄ ille q̄ recepit eſſet notarius vel in quaſi poſſeſſione notariat⁹: dic q̄ non. qz ex ipſo actu ita antiquo oriū p̄ſumptio. ita not. Inno. in. c. veniēs. extra de ꝛb. ſignificatio. ita etiā ponit ⁊ t̄bal. in aut. quas actiones. circa fi. ibi: q̄ in inſtrumētis ⁊c. C. de ſa. croſan. ecc' e. Et de inſtrumēto ſeu antiqua charta. vide Spe. cula. in titu. de loca. §. nunc aliqua. ꝛ ſicu. lxxij.

¶ Seruēs curie falſum referēs qualiter puniat. vide Spec. in titu. de executor. §. j. ꝛ ſi. ſed qualiter.

446 **¶** Si quis nō ſeruet mihi iuramentū nec debeo etiam ſibi ſeruare ex eodē cōtractu. Inno. in. c. puenit. extra de iurcur.

¶ Potest p̄cedi in cauſa inquisitionau etiā lite nō cōteſtata. dicit Inno. in. c. ſi aduerſari⁹. extra de eo q̄ mit. i. poſ. cā reuſer.

¶ De intimatione fienda parti vel iudici. vide. c. cauſam. in principio. iuncto ſine eiūſdē. extra de electio.

¶ Iudiciū ex trib⁹ p̄ſonis cōſiſtit iudice actore ⁊ reo. in. c. foruz. extra de verborum ſignificatio.

¶ Incōceſſe. id eſt ſine interruptione. vt in. c. illud. extra de p̄ſcript. ⁊ ita ibi exponit ꝛ Goffredum.

447 **¶** Utrū ⁊ qñ iudex ⁊ q̄s iudex poſſit ſnīaz ſuā iterptari. vide gl. ⁊ ple. bar. i. l. ab executor. i. p̄n. ⁊ ibi tex. ff. de app. tāz it glo. i. l. actoris. ff. de re iud. ⁊ bar. in. l. ij. C. de ſen. ex picu. reci. Itē poſtea iterato ſcripſi. j. §. vtrum ⁊ qñ. qz nō recordabar hic. j. ſcripſiſſe.

¶ Innocētia vlt' ignorātia p̄nt p̄ iuramētū p̄bari. tex. i. c. nul. in. ſi. de elec. lib. vj. ⁊ no. ꝛ gl. i. c. ſignificati. de homi. i. anti.

¶ Utrum

Utrū officialis possit extrahere clericū d̄ imunitate ecclie. Jo. fa tenet q̄ sic. insti. de his qui sunt sui vel alieni iuris. vide de hac materia in decis. parla. questione. cxxj.

Quis debeat mandare sententiam arbitri executioni. vide de doc. in. l. iudei. C. de iudeis.

448 **D**e dictione iuxta vide in. l. q̄ bona. §. si q̄s iuxta sepulcrū. ff. de dāno infec. r. l. si. ff. finitū regūdoz. Et utrū faciat p̄ditionē. vide q̄ not. p̄ gl. in. c. abbate. extra de h̄bo. signi. c. Et videt̄ de se exclusionē adiūcti iportare sicut p̄bant dicta iura. Att̄n̄ potest dici circa eam que dicunt̄ in dictione Usq̄ de qua vide per Barto. in. l. patronus. §. si. ff. de leg. iij.

De inhibitione facta vel p̄cepta p̄ iudicē si cōtrariū fiat nō vallet. r. quatenus de facto processum est renocat̄. l. si. ff. ne qd̄ in loco pub. l. que vetate. ff. de reg. iur. r. c. j. de matri. p̄tracto p̄ interdictū ecclie. iūcto. c. nō solū. §. j. de app. lib. vj.

Quis sit effect⁹ inopie vide Inno. i. c. p̄ r̄ g. ex̄ de offi. dele.

Utrū fossata censeant̄ esse p̄tes castri vel fundi. dic q̄ sic. l. p̄dia. §. penult. ff. de fundo instru. r. instru. lega. r. l. iulianus. §. finali. ff. de actio. empti.

449 **D**e fide mēta qualr̄ agi possit vid̄ i Spe. i tit. de spōsa. §. restat videre. Qd̄ facit ad. q̄st. de istis nobilib⁹ q̄ dant sibi adinnicē fidē r̄ postea ip̄am nō tenent qualr̄ agi pōt de fide mēta. Alibi dicit̄ q̄ fides est etiā suanda hosti. xxxij. q. j. noli. ita dicit glo. in. c. offerebat. xxxij. q. vij. Et utrū frangētī fidē fides eidē debeat seruari vide Hen. boyz in. ca. peruenit. lo. ij. de iureiurando. r. ca. dilectus. extra de simo.

Utrum fideiussor per clericū datus corā iudice seculari possit cōueniri. dic q̄ sic p̄m Spe. in titu. de cōpe. iudi. adi. §. j. versi. sed pone clericus r̄c.

450 **C**ōstitutiones feudales faciūt ius apd̄ oēs. vt dicit Ja. de bellovisurijfeudis q̄ feudū dare pos. c. j. circa fi. idē Mar. fili magni Cy. r. Butr. in aut. igressi. C. de sa. san. ec. in añpenul. q. idē Inno. i. c. ex trāsmilla. r. c. verū. de foro p̄pe. r. ple. i. c. ceterū. de iudi. Et de hoc scripsi i decisioe curie parlamētī. q.

Nota q̄ in his q̄ sunt facti p̄ r̄ filius eadē p̄sona non reputant̄: ita q̄ pater stipulādo p̄ filio nec sibi. nec ei q̄ritur. l. quod dicitur la. ij. ff. de verbo. obliga.

Filio cōcipiēdo r̄ nascēdo post mortē pōt stipulari. l. paulus. §. penul. ff. de bo. libe. ita tenet Bar. in. l. quod dicitur. la. ij. ff. de verbo. obliga.

De filio fa. utrū p̄stituere possit p̄cu. ad agēdū cū exercitiū suar̄ actionū ad p̄z ptineat. dic q̄ nō. l. j. i fi. C. d̄ an. excep. ni si i certis casib⁹. ff. d̄ p̄cu. l. filiussa. Qui cas⁹ no. p̄ Spe. i ti. de actore h̄. §. filiussa. Et ti. d̄ p̄cu. §. nōne ver. itē q̄ p̄stituēs. Ad defendēdū aut̄ semp pōt. l. fuū q̄q̄. j. responso. ff. de procura.

451 **U**trū appellatioe fūdi prata r̄ pasqua ptineat̄. dic q̄ nō. l. scie. §. tirāne sorori. ff. de fūdo istru. r. istro le. Qd̄ facit ad. q. an leg. fūdis veniat̄ r̄ p̄phēdāt̄ prata vt pasena. r. i. d. §. q̄ ē sing.

In dote sunt. xxij. p̄uilegia q̄ ponit Spe. in tit. de do. in. ter. vi. r. vxo. §. penult.

Vide ple. in lxxj. cōsilioz meoz. Guido pape.

Si iudex inter loquitur posse p̄cedi cū filio fami. valet iudicium propter autoritatez iudicis. Jo. and. i addi. Spe. in. tit. de actore. h̄. qd̄ si p̄r nō luit p̄sentire.

f v **D**otale

Singularia Guidonis Pape.

- D**otale instrumentū nō pbat matrimoniū maxime in al-
teri^o p̄iudiciū s̄m Inno. in. c. illud de p̄sump.
- 452 **D**e dño duce Borbonij quō pōt succedere in regno fr̄-
cie. vide Bal. in. c. j. de feudo marchie ducatu z comitatu. In
quo. c. habet q̄ ducatus comitat^o z marchie sunt dignitates.
Qu quis dicat esse in etate legitima q̄d in cōtractibus: q̄d
in iudicijs. dic q̄ in cōtra ctib^o dicit legitima etas in. xiiij. an-
no in masculo in femella. in. xij. In iudicijs hō legitima etas
dicit de. xxv. annis. ista cōproban̄ in. l. curatorē. C. in quibus
causis in integ. rest. nō est necessa. z in. l. qua etate. ff. de testa.
iūcta. l. j. z. ij. C. qui legiti. perso. stādī in iudicio habeant.
Utrū exceptio de loco nō tuto sit admissibilis / z in quo lo-
co sit pbāda. vide Goffre. in. c. interposita. extra de appella.
- 453 **N**ota q̄ vbi pater iuste exheredat filiū suū in testamēto z
heres institut^o nō vult adire hereditatē cui null^o dat^o est sub-
stitutus. Qd talis fili^o exheredat^o nō repellitur volēs ab inte-
stato succedere. Et sic nota q̄ vbi quis est indign^o successio-
ne ex testō nō p̄pterea indignus est ab intestato. casus videt^r
s̄z doc. in. l. liberis. ff. de excep. doli. z in. l. filiū. §. sed cū. exhere-
datos. ff. de h̄ta. Qd tene mētī: qz alibi nō reperies. dicūt doc.
- D**e dictiōe extūc qualiter sumat. vid̄ glo. in. c. ex parte. ex-
tra de cleri. nō residē. p̄ Goffre. z in. l. lecta. ff. si cer. peta. z per
Bal. in. c. j. de mili. vasa. q̄ cōtu. est. S̄z de dictiōe extūc / vide
infra in proximo versiculo.
- 454 **P**one cleric^o cōfessus est debitū: officialis mādāt sibi q̄
soluat infra. x. dies. z adiecit q̄ si nō solueris extūc te excōico
vtrū valeat ista excōicatio: extūc significat t̄ps p̄tinuū. vt i. e.
cupiētes. §. ceterū. de elec. li. vi. z no. in. c. cū in cūctis. de elec.
in nouel. z p̄z. ff. de h̄b. obli. l. h̄mōi stipu. Itē p̄z grāmaticā
qz est h̄bū p̄ntis t̄pis. l. j. §. nūc tractem^o. de tute. z rō. distra.
S̄z impossibile est q̄ pena p̄ueniat delictū vel q̄ excōicatio p̄ue-
niat cōtumaciā: cū sit ordo p̄posit^o in. c. sacro. de sentē. excō. si-
gnificat em̄ p̄sentē h̄bi actū s̄z futurū effectū. vt. l. lecta. ff. si cer-
tū pe. pl^o dico q̄ si iudex vteret h̄bo p̄teriti t̄pis: qz diceret ex-
nūc excōicat^o sis. tñ ista verba deberēt intelligi sane. not. In-
no. ē de dā. c. p̄pterea requisuisti. vbi videas. Et ex hoc etiam
p̄z q̄r debēt intelligi verba q̄ sepe ponunt in scripturis. vtz
ex nūc: qz nūc significat actū verbi p̄lati: tūc significat effectū
verbi p̄sumati. l. v. §. j. ff. de cōdi. z demō. Et sic nō est aliq̄ p̄ple-
ritas in istis sermonib^o. ista sunt h̄ba Bal. in feu. in. c. j. de mi-
li. vasa. q̄ cōtu. est. coll. De ista clausula extūc put extūc. vide
in. c. ex parte. extra de cleri. nō residētibus. per B.
- 455 **P**one aliquis emit seu accēssauit pedagiū a rege vel dño
nostro Delphino nūquid videat̄ emisse penas trāsgressor^o?
dic q̄ sic. vt. l. creditor. in p̄nci. C. de actio. empt. z ibi p̄ Cy.
in additio. ita tenet Bal. in. c. j. extra de feudi cognitione.
In materia feudali verbū sine herede intelligit̄ de filio ma-
sculo. in alijs vero dispositionib^o verbū sine herede ponitur
p̄ quolibet descēdente. ita habet per Bal. in. c. si clientulus. de
alienatione feudi. h̄si. z si clientulus.

De clausula
extūc put
extūc.

Decime

456 **Decime** sunt introducte a iure diuino. vt dicit glos. in. l. munerū. §. patrimonialia. ff. de mu. z ho. Sz qualr pbeť q de iure diuino debeant. vide Inno. sup rubri. de decimis. z not. in. l. si a patre. §. si. ff. de peti. here.

Extractio decime in p̄scribēdo habet cām cōtinuā: qz quoti- die possunt z debēt exigi z recipi z nō solū p̄diales sz etiā p̄so- nales. ita dicit Inno. in. c. de quarta. extra de prescript.

Utrū in decimis locū habeat cōpēsatio. vide gl. i. c. cū ho- mines. extra de deci. **An sup decimis possit appellari.** vide in summa dñi Hof. in titu. de appel. §. itē in cā. **Quid iuris qñ parochian⁹ vult soluere decimā z requirit sacerdotē qz re- cipiat. z ipse nō vult. et postea talis sacerdos vult recipere.** vid̄ Bart. in. c. cū hoies. in gl. q̄ incipit. q̄ citius. extra de deci.

Sz in q̄ loco debeāt solui decime. dicit no. i. c. reuertimini. xvi. q. i. z. q. vi. c. decimas. z vide Spe. in tit. de decimis. in fi.

In decimis soluēdis z exigēdis dz attēdi p̄suetudo loci. in c. aliqb⁹. z ibi Inñ. z. c. aplice. de deci. Joā. and. in. c. j. de deci. lib. vi. z ibi ple. z. xii. q. j. c. ecclesias.

457 **Si q̄s dicat/do vť dono i dubio p̄sumit donatio inter vi- uos.** Sz si dicat/relinquo: tūc p̄sumit donatio cā mortis. l. j. §. si. ff. de tabu. exhi. z not. per Dy. in. l. j. C. de reuoc. dona.

Nota q̄tuor req̄ri ad hoc vt valeat donatio cā mortis factā p̄ filiūfa. vt colligit̄ ex dictis bar. i. l. tā is. §. j. ff. de do. cā mor. De hac materia vide. j. vtrū in do. cā mortis zc.

458 **Appellatiōe expēsaz p̄tinent tã solute q̄ soluēde.** glo. est notabilis in. l. quib⁹ diebus. §. j. ff. de cōdi. z demon.

Utrū appellatiōe expēsaz cōtineatur dāna vel ecōtra dic qz nō. vt p̄bat̄ in. c. in nostra. extra de iniurijs z dāno dato.

459 **Si mulier mittat diuortiu ip̄a nō dz nubere. j. annū. qd̄ ē singulare i aut.** de nup. §. si vero rōnabiliter. col. iij. Et facit ad q̄stionē vtz id qd̄ dz i materia sc̄darū nuptiarū v̄dicet sibi locū in maliere diuortiu sibi mittente.

Per h̄būdono iduciā tacitū fideicō. l. miles. i p̄n. ff. d. leg. ij.

Utz i dona. cā mortis req̄rat̄ aditio heredit. vid̄ bar. i. l. in mortē. ff. de do. cā mor. z de hac mā do. dixi. §. h̄. si q̄s dicat zc.

460 **Si q̄s allerat dolo desisse possidere q̄r pbeť.** vid̄ Dy. in c. p̄ possessore. d. reg. iij. z bar. in. l. q̄ petitorio. ff. de rei vendi.

Executor dat⁹ in testō pōt cogi ad essendū executor etiā si nihil fuerit sibi relictū. ita dz bar. i. l. j. ff. de leg. ij. Et de mate- ria executor vid̄ ibi ple. **Utz q̄s excipiēdo d̄ falso p̄ instr̄z teneat se subscribere z p̄stare iuramētū de q̄ h̄r i. l. si. C. de fi. instru. dz Dy. qz sic. z reputat casuz in. d. l. si. iūcta glo. posita sup verbo Quasi falsum.**

461 **Utz ius eligēdi trāseat i h̄rdē qd̄ facit ad. q. testator filie sue iā dotate i testō electōnē dedit h̄rdi z petēdi dotē p̄stitutā vť ei⁹ lgtimā ip̄a añq̄ elegerit decessit.** vtz ei⁹ h̄rs pos eliger. credo qz nō ex eo qz tale ius ē volūtāt̄ declaratiuū qd̄ nō trāsit ad h̄rdē. l. idē pōponi⁹. si frumētū. §. si. ff. d. reuē. l. inē stipulā tē. §. j. gl. sup h̄b. artari. ff. d. h̄. ob. z facit bñ. l. fideicomissa. §. sic fideicomissū. i. si. ff. d. le. iij. z mlt̄omin⁹ posset eligere vbi ta- lis

De materia
decimarū vi-
de i. l. xix. z si-
lioz meoz.

De decimis

Singularia Guidonis Pape.

De spolia = 462
tione de nega
toria.
Vide etiã. j.
su. dcccclxxij.

lis iã de dote aliqd cregisset. l. hmõ. §. scitũ. ff. de le. j. z. l. apud
aufidiũ. ff. de optio. le. iũcto. c. mutare ex de re. iur. ita p̄sului.
¶ Si quis cõueniat super reintegratiõẽ possessionis vtrũ
ipse cõtra spoliatũ agere possit negatoria actione vel euz re
cõuenire de negatoria aut de dominio vel alio iure excipere.
dic q̄ nõvt est casus in. c. sup spoliatiõẽ. extra de ordine cogn.
z in. l. si q̄s ad se fundũ. C. ad legẽ iulã de vi. z ita t̄z Bart. q̄
hoc mirabiliter tractat ibidẽ z alibi nõ reperi tactum.

¶ De verberantibus se in fine territorij a ieiuis vt ingrediã
tur illud territorium ad quẽ spectabit cognitio. vide Albert.
de gandino/in titulo de homicidio z penis. in questione que
incipit. quid si duo inceperunt.

463 ¶ Si mulier vidua committat stuprũ infra annũ luctus p̄
dit legatũ z augmentũ dotis. tex. in aut. de resti. z ea q̄ parit
xi. mense. §. si. coll. iij. z in aut. ysdem. C. de secundis nuptijs
iũcta glo. super verbo parit. z per glo. z Bar. in. l. fideicom
missum. C. de fideicommissis.

¶ An dictio ne/faciat cõdi. vide Bart. in. l. cum tali. §. titius.
ff. de condi. z demon. et de dictione pro/ vide in. l. si titio. §. ti
tio. ff. eod. titu.

464 ¶ Vasallus vasalli mei non est homo meus. l. modestinõ.
iuncta glo. ff. de verborũ signifi. nisi esset ex eadem re seu cau
sa vasallus: quia tunc esset homo meus. in. c. j. §. illud. de p̄
hibita feudi alienatione per ffe. in feu. coll. x.

¶ Quid operetur legitimatio vide Barto. in. l. qui in puin
cia. §. j. ff. de ritu nupti. Et ibi dicit Bart. q̄ legitimatio est na
taliũ restitutio.

¶ S̄ qd de legitimatis a papa vtrũ legitimati censeant ad
tpalia vide. c. p̄ venerabilẽ. ex q̄ filij sint legitimi. z ibi Inno.
Hostien. z glo. tangit Barto. in. l. cuctos populos. C. de sum
ma trinita. z fide catholica. De materia legitimatiõis scri
psi infra in. §. an valeat legitimatio. sing. drcij.

De laudi = 465
mio.

¶ Ex remissiõẽ v̄ celliõẽ q̄ fit iter socios nõ debet laudimiũ
Bar. in. l. siue circa finẽ. ff. de cõdi. furtiua. z vide latiõ ifra fo.

¶ Sũt duo dñi directi vnõ vult retinere emptorẽ aliõ nõ: sed
vult retinere iure p̄lationis. certe quilibet vtetur iure suo al
leg. l. prima. in. §. si alter. ff. quorũ lega. l. z cõtrariũ videat. ff.
de in diẽ adiectione. in. l. q̄ si vno. §. si.

¶ Libellus potest concipi contra p̄curatorẽ. tenet Inno. in
c. inter dilectos. de fide instr. sup verbo/ procurator.

¶ Si fiat legatum episcopo fit trãmissio ad successorẽ. secõ
si fiat vicario qz nõ trãmittit ad vicariũ. ita dicit Bart. in. l.
qd̄ principi. ff. de leg. ij. z que sit rõ differẽtie ibi ponitur.

De p̄clusiõẽ 466
libelli.
Vid̄ ã p̄silijs
meis cõsilio
ccxxix. Gui
do

¶ In libello nõ narratio s̄ cõclusio attẽdit: qz cõclusio re
stringit narrata ad ea q̄ in cõclusionẽ petunt qz in p̄clusionẽ
stat modõ agẽdi. no. gl. iij. q. v. c. hoc q̄ppe. z in. c. sup literis.
p̄ Inno. de rescrip. in gl. nã scõa regula in cõi forma zc. z vi
de infra sing. dcccclxxix. §. libellus. z sing. dcccclxx. §. p̄clusio.

¶ De verbo liberorũ vtrũ cadat in hoie idiota vide glos. in
l. qd̄ si nepotes. ff. de testa. tute.

¶ Nõ

¶ Nō pōt peti aurū p pecunia: nec econtra nisi ad id qđ est in obligatione. Bar. in. l. paulus. rñdit. ff. de solutio.

¶ Metū cessare facit assistētia amicorū z parētū. l. trāsactio C. de trāsac. z ibi Salicetus.

467 ¶ Mēdatū reddit quē suspectū adeo qđ est loc⁹ qđi. in. c. lras. ex de psumptio. z ponit Bar. in. l. si. ff. de questio.

De torturas

¶ De mortalitate quē effectū habeat in materia pscriptiois vide Bar. in. l. recusare. ff. ad trebellianum.

¶ Cause mortalagiorū ad forū ecclesie pertinet Joan. an. et Hosti. in. c. ex suscepto. extra de fo. cōpe.

¶ Dictio postq̄ importat z facit additionē. l. iter illā. z ibi casus. ff. de hb. sign. t3 gl. i. l. si ita. la. ij. dū exponit vbi. i. postq̄ ff. de leg. ij. idē t3 Bar. exp̄sse j. l. qđ dieb⁹. §. si. ff. d̄p̄di. z d̄mo.

468 ¶ Ante cōditionis euentum seu cōplementū facta p non factis habentur. l. j. §. si naut. C. de cadu. tollen. l. iij. §. s3 si sub cōditione. ff. qñ dies lega. cedat.

¶ In psonis ecclesiasticis expirat mādātū p mortē etiā post lit. p̄test. i. de. fi. de pcuratorib⁹. vide Cy. i. l. mādātū. C. mādātū. ex q̄bus. l. si defunct⁹. ff. de pcurato. recipit limitationem.

¶ Matrimoniu nō pbat p instrumētū dotale maxime in p̄iudiciū alteri⁹. t3 Inn. i. c. illud. ex de psumptio. nec etiā pbat per possessionē lōgā z famā. nec etiam institutio beneficij. vt dicto. §. illud. not. in. l. cū res. C. de probationibus z in. l. cum qui. §. qui publico. ff. de publi.

¶ Casus in q̄b⁹ req̄rit spāle mādātū. vide p Spe. in ti. de pcuratoribus. z p glo. in. c. q̄ ad agendū. de pcura. lib. vj.

469 ¶ Testator legauit mobili c vtrū veniāt debita aialia aurū libri z sitia. dic vt ple. ponit Spe. i. ti. de fructib⁹ z interesse. §. j. §. s3 pone. cū seq. Et pet. ia. in tit. de actione ex testō.

De legato

¶ Utrum notificatio fieri possit sine citatione vide Inno. in c. pastoralis. de rescrip.

¶ In obligatione nō est intelligenda alia psona q̄ ibi noīa text⁹ in. l. si ita stipulat⁹ fuero. §. grifogon⁹. ff. de hb. obli. Et no. hoc qz facit p priuilegijs si debeāt extendi ad alias psonas q̄ ibi nominatas.

¶ Quid p̄tineat appellatiōe obuētionū. vide Bal. i. c. qđā capitane⁹. d̄ capitaneo q̄ curiā vēdidit l. q. q̄ icipit. format̄ ē. zc.

470 ¶ Princeps nō dz facere guerrā cū p̄iudicio subditor. S3 pri⁹ dz exp̄dere aurū suū z in defectu eiusdē pōt a subditis accipere z postea eis restituere: vt dicit Cy. in. l. neminē. C. de sacrosanctis ecclesijs. Sed istud hodie nō seruant principes nostri temporis z male.

¶ De clausula gñali z spāli ad q̄ debeat referri: z quō debeat intelligi: vide Bar. in. l. si libertis. ff. de ali mētis z ciba. le.

¶ Si aliq̄s pducāt in actis cāe qđ nō est intelligibile vel p qđ ps nō pōt instrui p̄tū eā t̄agit h̄r p nō pducto. in. c. cū in multis. de rescriptis. li. vj. z in. c. j. de postu. z in. c. vt q̄s duas de elec. z i aut. litigiosa. C. d̄ litigiosis: ita no. d̄ zabarellij cle. ij. vt lite p̄dēte nihil innouet post Guillel. de mōte lauduno.

471 ¶ Citius rogat⁹ est restituere h̄r ditatē c̄gio post ei⁹ mortem.

tem.

Singularia Guidonis Pape.

et. An si titi⁹ ingrediat monasteriū habebit locū substitutio
dic q sic. ita dicit Bar. in. l. statuis. §. si. ff. de iure fisci. z facit. l.
cū pater. §. hereditatē. ff. de le. ij.

Utrū sit licitū alicui immittere equū suū in pascuis prati
mei. vide. c. j. §. si. de clerico viola. pacis. z. C. de pascu. publi.
l. j. z si. lib. x. et. l. fina. ff. ad legem aquī.

Deptocollo 472 C Si protocollū z instrumētū pducatur cui stādū erit. dic
q pocollo. l. semprouius. ff. de le. ij.

Protocollū instrumētū dz exhiberi si istrumentū de falso
redarguat. ita dicit Bar. in. l. si. C. de fide instrū. z in. l. vbi. C.
de fal. iūcto. §. illud aut. in aut. de tabellionibus. col. v.

De pocollo scripto z nō recitato. vide. l. xi. §. j. ff. de lega.
ij. z Jaco. de bello visu in aut. de tabellionibus.

Protocolla debēt remanere penes heredes notariozū in
aut. de defensorib⁹ ciuitatis. §. que vero. z est. §. ij. coll. ij.

De prohemio priuilegiozū qd significet. vide Bar. in. l. si.
ff. de heredi. insti. z ibi tex.

473 C Si ab vno z eodē intentet petitoriū z possessoriū z pbe⁹
in possessorio vno in petitorio qualr snia sit ferēda. vide tex.
notabilē. in. c. cū ecclesia sutrina. ex de cā poss. z ppric. z ibi ca
sus Et vide que ponit Cy. in. l. certi. C. de interdictis.

Preces iportue metui eqparāt. c. petitiō ex diurem. f3 Inñ.

Verbū ptinet dñū vel qsi. l. sciēdū. §. si. ff. de vbi. sig. l3 ma
gis late sumat in. l. vbi illud ptinere. co. tit. z in. l. ptoz. §. pti
nere. ff. de edē. Et alibi dz q est verbū directū in. l. l3. C. de pa
ctis. z ponit Bar. in. l. centurio. ff. de vulgari.

Ista verba plenū ius vel pleno iure important improprie
tatē cū usufructu. l. femine. §. si. C. de secundis nuptijs.

473 C Illud dr ad aliquē puenire qd ad eū peruenit deductis
oneribus. l. cogi. §. sed z siquis. ff. de leg. ij. z in. l. in fideicom
missaria. ff. ad trebellianum.

Per errestētia pbat p iuramētū. in. c. statutū. de rescrip. li.
vj. Et pōt pcurator sup hoc iurare absq speciali mandato.
vt videtur ibi tenere Archi. z in. c. nulli. extra de elec. Sed ho
die fm pragmaticā sanctionē dz pbari per testes.

Parricidiū h3 etiā locū in filio spurio q natura est cōis. l.
hos accusare. §. oibus. ff. de accu. ita t3 Bal. in. c. naturales. si
de feudo controuersia fuerit in feudis. coll. x.

475 C Pactū q soluto matrimonio mulier teneat aliqs res do
nec fit sibi de dote solutū fructib⁹ in sortē dotis nō cōputat
tis. An valeat. Hosti. vñ dicere q sic i. c. salubriter. ex de vsurj.
z vide ibi Hen. boyz idē t3 gl. i. l. j. C. de distrac. pig. De simili
bus pactis vide infra in. §. qro mutua sti zc. z §. si debitor zc.

Quantitas nō refertur solum ad pecunias sed etiam ad
alia. l. quisquis. in principio. ff. de legatis. ij. Sed quid de ver
bo summa vide infra in. §. verbum summa zc.

Legis ratio nō minus debet attēdi q ipsa lex. ita tenet gl.
in. l. j. circa fin. C. que sit longa consuetudo.

476 C Circa redditus annuos cadit commertiū sicut in alijs re
b⁹. c. in ciuitate. z ibi Inñ. de vsu. Et redditus emere nō est qd
vsurariū. ita ponit Bal. in. c. negot. si de feu. vas. ab aliquo in

terpella. et dñs eū defendere noluerit.

¶ Quando q̄s dicat absens et quot modis quis dicat absens vide in aut. de fideius. §. i. in glo. sup verbo presenti.

¶ Qñ aliq̄s p̄mittit aliquē vt fideiussor rēp̄sentare et exhibere certa die. Et nō exhibet q̄liter p̄tra eū p̄cedat. et q̄liter puniri debeat vide Spe. in tit. de accu. §. sequit. ver. s̄ si dedit fideius. et. Et sup hoc dicit gl. sup verbo arietes et. xxiiij. q. v. c. cū hō sit. certe illud nullo iure inuenit q̄ fideiussor possit occidi si nō exhibeat illū p̄ q̄ fideiussit: s̄ fideiussor p̄reo criminis. S̄ si fideiussor reū criminis nō exhibet pecuniar̄ punit. Vel si dolo: eū nō exhibet punit arbit. iudi. ff. de exhi. reis. l. si q̄s reū. et. C. ad turpil. l. sc̄da qd̄ no. qz alibi sic nō reperies.

